- Duodecima** qñ maior e particularis negatiua z minor particularis affirmatiua. Et idem est iudiciũ in pposito de indefinitis sic de particularib⁹

Querit Quõ pbat pñs ocs istas cõbinaciones esse inutiles. **Solo** dicit qñ in eis sunt dabile terminus in quib⁹ oĩ er in quibus nulli.

Querit Quid e dare terminos in quib⁹ oĩ z in quib⁹ nulli. **Solo** dare terminos in quib⁹ oĩ est dare tres terminos ex quibus fuit due pñones cũ quibus stat vna vltis affirmatiua in veritate. Et dare terminos in quibus nulli est dare tres terminos ex quibus fuit due pñones cum quibus stat vna vltis negatiua in veritate. Exẽplĩ grã in pñma cõbinatõne in utri⁹ sez qñ maior est vltis affirmatiua. z minor vltis negatiua in pñma figurã termini in quib⁹ oĩ sunt aial hõ equus ex quibus fuit iste due pñones ois hõ e aial. nullus equus est homo. z cũ illis stat ista vltis affirmatiua in veritate ois equus est aial. Et termini in quibus nulli sunt aial hõ lapis ex quibus sunt iste pñones. ois hõ est aial. nullus lapis e homo. z cũ eis stat ista vniuersalis negatiua in veritate. nullus lapis est aial. Et sic pñter dat pñs terminos in quib⁹ oĩ z in quibus nulli i oib⁹ alijs pbinatõib⁹ inutilib⁹.

Dat terminos in quibus omni.

in quibus nulli.

Querit Quale incõueniens est hoc qñ in aliqua cõbinatõe dantur termini in quibus omni z in quibus nulli. **Solutio** quia ad vnã z eandẽ dispositões pmissaz sequuntur due conclusiones cõtrarie vere. Et hoc est magnũ incõueniens. quia ad cõtrarias sequuntur sue subcontrarie. z ita tandẽ sequit qñ due conclusiones contradictorie starent simul in veritate.

Ar Contraria erunt eiusdem subiecti z eiusdem pñdicati. sed ille due cõclusiones que sequunt ad terminos in quibus oĩ z in quibus nulli nõ sũt eiusdem subiecti z eiusdẽ pñdicati. g̃ nõ sunt cõtrarie. **Dimoz** patet etiã ex

Reparationes

emplo prius posito. **Solutio** q̄ nō attendit hic p̄rarietas vel p̄radictio ex parte rei enunciare siue ex parte terminoz. Sed ex parte modi enunciandi. siue ex parte forme vñ nō est verisile, q̄ ex vna z indiuisibili vniōne p̄missaz possunt sequi due p̄pōnes p̄rarietas vel p̄radictorie vere ad minus s̄m formā. Nec etiā videt q̄ eadē causa eodem modo disposita possit esse causa cōtrarioz effectū.

Querit Quor regule eliciunt ex istis cōbinatōnibus inutilibus re. z alie due generales quo ad omnes figuras. **Solutio** quattuor. quaz due s̄nt speciales p̄me figurā. z alie due generales quo ad omnes figuras. **Prima** regula specialis ē q̄ maiore ex̄te particulari in p̄ma figura nihil sequitur. **Et rō** est qz oportet minore extremitatē in p̄ma figura subsumi sub medio distributo in maiore. **Secūda** regula specialis est q̄ minore negatiua nihil sequitur in prima figura. **Et rō** est qz tunc argueret a nō distributo ad distributū. sed hoc est incōueniens. q̄ minor partz qz si minor est negatiua tūc oporteret maiorem esse affirmatiua. z sic p̄dicatū eius nō distribueret z tamē distribueret in cōclusionē eo q̄ cōclusio esset negatiua.

*Obsequit ad a nō
Solutio ad d̄p̄tū
Cūm*

Querit Quid est arguere a nō distributo ad distributū. **Solutio** est arguere a p̄pōne h̄ntē plures causas siue veritatis ad h̄ntem vnā cām tm. vel est arguere ab indefinita ad v̄tem vel a positōne sequentis ad positōne antecedentis.

Querit que sunt ille regule generales. **Solutio**. Prima est q̄a ex puris p̄ricularibz in nulla figura aliqd sequitur. **Et rō** est. qz oportet oēm syllogismū regulari p̄ dici de oī vel dici de nullo. **Secūda** regula est q̄ ex puris negatiuis nihil sequitur in aliq̄ figura. **Et rō** est. qz tūc mediū non vn̄ret cum aliqua extremitate.

*Prima correlaria
infert. p. c. q̄ d̄p̄tū*

Querit Quor correlaria infert p̄hs ex dictis. **Solutio** tria. Primum ē qz si debet fieri syllogismū p̄cludēs p̄clusioz nē p̄ricularē in p̄ma figura oportet q̄ termini sic habeat sicut superius dictum est in d̄p̄tū z ferio. qz aliter non fit syllogismus.

Secūdū est. omnes syllogismi q̄ fiūt in p̄ma figura sunt perfecti. **Et rō** ē quia nullius alterius indigent ad sui p̄fectōnem.

Tercū est qz ista figura cōcludit oia genera p̄blematis scz v̄le particulare affirmatiuū z negatiuū.

Capitulū secundū de secunda figura

Quando vero idem huic quidē omni alteri vero

In hoc caplo p̄hs docet p̄r formare syllogismos secūde figure

Querit Quomodo p̄hs definit secūda figurā. **Solutio** d̄icit sic. Quando vero idem huic quidē omni alteri vel rō nulli inest vel v̄triqz omni vel nulli figurā quidē h̄mōi voco secundam. **Et** debet illa definitio sic exponi. Quando idem sp̄c̄ mediū inest huic. id ē maiori extremitati oī. id ē affirmatiue. z inest alteri id ē minori extremitati nulli id est negatiue. Vel v̄triqz id est tam maiori extremitati q̄ minori oī id ē affirmatiue vel v̄triqz nulli id est negatiue h̄mōi figurā voco secundam

Primi Prior

¶ Ex puris affirmatiuis vel ex puris negatiuis nihil sequitur in secunda figura. **¶** male dicit in ista definitōe vel vtriusq; omni vel vtriq; multi. **¶** Solutio licet in secunda figura ex puris affirmatiuis et negatiuis nihil sequatur i aliquo modo seu combinatōe vtriusq; bñ sequitur aliqd in aliqua combinatōe inutili z hoc satis est. qz figura est forma generalis syllogismoz extendens se tam ad combinatōnem vtilem qz inutilem. modus vero solum nominat combinatōnem vtilem.

¶ Querit. Quid est medium in secunda figura. **¶** Solutio medium in secunda figura est quod de vtroq; predicatur.

Medium
1^a ex^o unitas
2^a ex^o unitas
In 2^a figura

¶ Querit. quid ē maior extremitas. **¶** Solutio maior extremitas i secunda figura est que iuxta medium posita est.

¶ Querit. Quid est minor extremitas. **¶** Solutio. minor extremitas est que longius a medio sita est.

¶ Querit. Verum in secunda figura possit fieri aliquis syllogismus perfectus. **¶** Solutio pbi q non. Et raro est quia mediū in secunda figura semper est foras extremitatū z p̄mū positōe. Possibile tamen est syllogismos illos perficere siue sint vniuersales siue particulares. Et hoc p reductionem eoz ad modos p̄me figure

¶ Querit. Qui sunt termini ex quibus syllogizat pbs in hac figura. **¶** Solutio pbs vtritur istis tribz litteris scz m. n. x. a q m sit mediū. n maior extremitas. z x minor extremitas

¶ Querit. Quot sunt modi siue combinatōnes vtilis secunde figure. **¶** Solutio q; quatuor.

¶ Prima est quando maior est vltis negatiua. z minor vltis affirmatiua et significat a pe. hyl. per hanc dictionem cesare. Et format sic syllogismus Nullū n est m. omne x est m. erga nullum x est n.

¶ Secunda est quando maior est vltis affirmatiua z minor vltis negatiua sequit cōclusio vltis negatiua. Et significat a pe. hyl. per illā dictionem cas mestres. Exemplū pbi est vt omne n est m. nullū x est m. q nullū x est n.

¶ Tercia est qñ maior est vltis negatiua z minor particularis affirmatiua sequit cōclusio particularis negatiua. Et significatur p hanc dictionem festino. Et format sic syllogismus. Nullū n est m. quoddā x est m. q quoddā dam x non est n.

¶ Quarta combinatio vtilis est qñ maior est vltis affirmatiua z minor particularis negatiua. sequit cōclusio particularis negatiua. Et format p illam dictionem baroco. Et exemplum formatur sic Omne n est m. quoddam x non est m. ergo quoddam x non est n.

¶ Querit. Quomodo docet pbs istos modos perficere. **¶** Solutio tres primos docet perficere dupliciter. scz reducēdo ostensue. z reducēdo per impossibile. sed quartū scz baroco docet solum reducere per impossibile.

Handwritten marginal notes on the left edge of the page.

Reparationes

Cesare

Celaret maiore quersa simplr

Qr. quō tres pmi educūt oñ siue So^o

Camestres
Festino

reducit ad

Celaret miore z celoe quersis simplr
z trāspōnēdo pmissas
Ferio maiore quersa simplr

Querit Quare nō docet baroco etiā reducere ostensiuē? **Solo.** qz baroco nō p̄t ostensiuē ad aliquē modoz p̄me figure reduci. Et rō est. qz vel hoc fieret p̄ quersionē vel p̄ transpositōnē p̄missaz nō p̄ transpositōnem p̄missaz. qz tunc minor fieret maior. z sic aliqd̄ seq̄ret̄ in p̄ma figura maiore p̄ticulari qd̄ falsum est. Nō etiā p̄ quersionē. qz vel hoc esset p̄ quersionē maioris vel minoris vel clusionis. nō maioris. quia illa p̄t solū p̄uerri p̄ accūs. z ita argueret̄ ex puris p̄ticularibz. Nec etiam p̄ quersionē minoris vel clusionis qz ille nō p̄t conuerti eo q̄ sint particula res negatiue.

Qr. quō quatuor isti modi reducūt p̄ impossibile
Solutio

Cesare
Camestres
Festino
Baroco

reducit ad

Ferio
Darii
Celarent
Barbara

Reducit̄ p̄ impossib̄le

Querit Quid est reducere p̄ impossibile? **Solo** reducere per impossibile in cōi loquendo est ex opposito p̄radictorio clusionis cū altera p̄missaz inferre oppositū cōtradictoriū vel contrariūz alterius p̄missae.

Querit Quid est reducere p̄ impossibile specialiter in secūda figura? **Solo** est ex opposito cōtradictorio cōclusionis cū maiore illesa inferre oppositū cōtradictoriū minoris. Nam in secūda figura maior debet semp̄ manere illesa. vñ dicit̄ pe. hyl. Seruat̄ maiore vari atqz secūda minorem.

Querit Quō potest faciliter scribi ad quē modū p̄me figure debet videri quis sit ille modus secūde figure reduci? **Solo** debet videri quis sit ille modus p̄me figure q̄ cōcludit̄ oppositū p̄radictoriūz aut̄ minoris modi de secūda figura. qz ad illū modū debet reduci. Et ergo cesare reducit̄ ad ferio. qz minor de cesare est v̄lis affirmatiua cui cōtradict̄ r̄it̄ cōclusio de ferio que est p̄ticularis negatiua. z sic de alijs modis exempl̄ pla parent̄ faciliter p̄ticipanti.

Querit Que sunt cōbinationes inutiles secunde figure quas enumerat̄ p̄hs in textu Solo.

- T**ertia cōbinatio inutilis ē qñ ambe p̄missae sūt vniuersales affirmatiue
- T**ercia qñ ambe p̄missae sūt vniuersales negatiue
- T**ercia qñ maior est p̄ticularis negatiua z minor v̄lis affirmatiua
- Q**uarta qñ maior est p̄ticularis affirmatiua z minor v̄lis negatiua
- Q**uinta qñ maior ē v̄lis affirmatiua z minor p̄ticularis affirmatiua
- S**exta qñ maior ē p̄ticularis affirmatiua z minor v̄lis negatiua.
- S**eptima qñ maior ē vniuersalis negatiua z minor p̄ticularis negatiua

Primi prior

Octava qm maior est particularis negatiua z minor vls negatiua.
 Nonā qm ante premissa sunt particularis affirmatiue.
 Decima qm ante premissa sunt particularis negatiue
 Undecima qm maior e particularis affirmatiua z minor particularis negatiua.
 Duodecima qm maior e particularis negatiua z minor particularis affirmatiua.

Querit Quod pbat pbs istas combinaciones esse inutiles. **Solutio** pbat hoc assignando terminos in quibus oī z in quibus nulli. veritatem est q illa combinatio in q maior e vniuersalis negatiua et minor particularis negatiua nō potest vniuersaliter ostendi esse inutiles dando terminos in quibus omni z in quibus nulli. qz qm minor est particularis de materia cōtingenti tunc nō pnt dari termini in quibus oī sed soluz termini in quibus nulli qz illa cōpatit suā subcōtrariā. **Et ergo** pbs pbat istam combinatiōem esse inutilem ex indefinito particularis negatiue. qz hoc habet plures causas sue veritatis. Sicut exempli grā ista indefinita negatiua homo nō currit est vera si nullus homo currit. z etiā est vera si fortes non currit. **Et ergo** pbat sic q illa combinatio sit inutilis. qz qm ante premissa sunt vniuersales negatiue est combinatio inutilis. etiā qm maior est vls negatiua z minor particularis negatiua e inutilis combinatio. **His** ptes qz tunc sunt dables termini in qbus oī z in qbus nulli. **Et pna** pbat qz particularis negatiua vel indefinita sequitur in bona pna ad vlem negatiua. **Item** qd nō sequitur veritater ad anō bone pna nō sequitur etiā veritater ad pna. qz q nihil se qd qm minor e vls negatiua. **Et etiā** nihil d3 seq qm minor e particularis negatiua.

Querit Quot sunt regule speciales secūde figure qelicūtur ex istis combinatiōibz inutilibz. **Solutio** q due. **Prima** q ex pnis affirmatiuis in secūda figura nihil sequitur. **Et rō** illius regule e quia tunc mediū nullibi distribueret qz esset semp pdicatū pōnis affirmatiue qd nūqz distribuit. **Secūda** regula e q i secūda figura maior exite particulari nihil sequitur. **Et rō** e. qz tūc argueret a nō distributo ad distributus. qz maior extremas nō esset tūc distributa in maiore z tūc distribueret in pclusionē quia esset pdicatū cōclusionis negatiue.

Querit Que sūt correlariā q ponit pbs in fine text. **Solutio** sūt duo. **Primū** e q oēs syllogismi scde figure sūt impfe etī. **Secūdū** e q i secūda figura nō fit syllogism⁹ affirmatiuis.

Capitulū terciū de terciā figura
Si autē eidem hoc quid e omni illud vero nulli

In hoc tercio caplo docz pbs psequēter formare syllogismos terciē figure

Querit Quō definit p. terciā figurā. **Solutio** sic. **Si autē eidē hoc quid e oī illud pō nulli inest vel ambo oī vel nulli. figurā hōi voco terciā.** **Et d3** sic intelligi illa definitio **Si autē eidē sp̄ medio hoc qd e. i. maior extremas inest oī affirmatiue illud pō. i. minor extremas nulli. negatiue. vel ambo. i. t. maior extremas qz minor oī. i. affirmatiue vel nulli. i. negatiue hōi figurā voco terciā.**

Querit qd est mediū in terciā figura. **Solutio** mediū terciē figure est de quo ambo extrema predicantur.

Correlariā p̄nd
 S. d. 3.

Mediū in 3^a figura

Reparationes

1^o extremitas

2^o extremitas

Querit Quid est maior extremitas? **Solutio** maior extremitas in tertia figura est que longius distat a medio

Querit quid est minor extremitas? **Solutio** Minor extremitas in tertia figura est que propinquius ponit ad medium.

Querit Cur in tertia figura fiat aliquis syllogismus perfectus? **Solutio** quod non. Et ratio illius est quod tertia figura non habet perfectum medium eo quod medium eius est foras extremitatum et positio vltima ex his bis subiectum vix tamen est ut dicit philosophus quod talis syllogismus possibilis est ad perfectionem quia potest reduci ad primam figuram et sic perfici.

Querit quibus terminis vixit philosophus in tertia figura? **Solutio** vixitur his tribus litteris scilicet **P. R. S.** Ita quod P est maior extremitas. R minor extremitas. et S est medium.

Querit Quot sunt modi tertiae figure siue combinaciones viles? **Solutio** quod sex.

Prima combinatio vtilis siue modus est quando ambe premissae sunt viles affirmatiuae sequitur conclusio particularis affirmatiua. Et fecit a pe. huiusmodi haec dictionem darapti. Et formatur sic syllogismus. Omne s est p. omne s est r. ergo aliquod r est p.

Secunda est quando maior est viles negatiua et minor viles affirmatiua. sequitur conclusio particularis negatiua. et fecit per hanc dictionem felapton. Et est plium est ut nullus s est p. omne s est r. ergo aliquod r non est p.

Tercia est quando maior est particularis affirmatiua et minor vniuersalis affirmatiua. sequitur conclusio particularis affirmatiua. Et significatur per hanc dictionem disamis. Exemplum est ut quoddam s est p. omne s est r. ergo quoddam r est p.

Quarta est quando maior est viles affirmatiua et minor particularis affirmatiua. tunc sequitur conclusio particularis affirmatiua. Et fecit iste modus seu combinacione per illam dictionem darisi. Et formatur sic syllogismus. Omne s est p. aliquod s est r. ergo aliquod r est p.

Quinta est quando maior est particularis negatiua et minor viles affirmatiua sequitur conclusio particularis negatiua. Et significatur per hanc dictionem bocardo. Et exemplum format sic quoddam s non est p. omne s est r. ergo quoddam r non est p.

Sexta est quando maior est viles negatiua et minor particularis affirmatiua sequitur conclusio particularis negatiua. Exemplum est ut nullus s est p. quoddam s est r. ergo quoddam r non est p. Et iste modus significatur per hanc dictionem ferison.

Querit Quo potest probari quod iste combinaciones siue modi sine vtiliter probari siue ostendi. **Solutio** prima secunda tertia quarta et sexta potest tunc ostendi ad impossibile. Et tertio per syllogismum expositorium. Sed de quinta scilicet de bocardo ostendit hoc solum dupliciter scilicet per deductionem ad impossibile et per syllogismum expositorium. bocardo enim non potest reduci ostensiuam ad aliam quem modorum prime figure. Cuius ratio eadem est cum illa que superius assignata fuit circa baroco.

p.
R.
S.

Primi priorū

Querit a mō illi quōz modi reducū tur ostēdit. Solutio	Darapti	Darj minore puerla p accūs
	felapton	Ferio minore puerla p accūs
	disamis	reducit ad Darj maiorē p cluſiōē puer
	datiſi	sis ſimplr z pmiſſis trāſpoſitē
	feriſon	Darj minore puerla ſimplr
		Ferio minore puerla ſimplr

Querit quō reducū oēs iſti ſex modi p ipōſſi bilit. Solutio	Darapti	celarene
	felapton	barbara
	disamis	reducit ad celarene
	datiſi	ferio
	bocardo	barbara
	feriſon	Darj

Querit Quid est reducere p impossibile in tertia figura. **Solutio** latio est ex opposito p rariū vel p rariū maioris. Et dicitur notant op
 positiū p rariū vel p rariū maioris. in alijs vero oibz oppositiū p rariū maioris. *Reduce p impoſſi*

Querit Quō pōt sciri ad quē modū p me figure ille vel ille mo
 dus tertiē figure debet reduci p impossibile. **Solutio**
 In quatuor vltimis modis respiciendū est quis modoz p me figure con
 cludit p rariū maioris modi tertiē figure. Et in duobz p mis scz in
 Darapti z felapton videndū est quis concludit oppositiū p rariū maioris.
 qz ad illū reducitur talis modus p impossibile.

Querit Quid est syllogismus expositivus. **Solutio** syllogi
 smus expositivus est cuius medium est terminus sing
 gularis. Et ideo dicitur expositivus ab exponendo qz exponit ad sensum
 quod pns cluſum fuit vntuerſaliter ad intellectum. *Syllogismus*

Querit Quō syllogismi tertiē figure pbanz p syllogismū expo
 sitivū. **Solutio** ſumendo loco mediū terminū singu
 larem. **Exempli gratia** ſit iſte ſyllogiſmus in darapti. ois homo eſt ſubſ
 ſtantia ois homo eſt animal. ergo quoddam animal eſt ſubſtantia ibi me
 dium eſt hō ſumat ergo loco eius terminus ſingularis ſcz ſortes z arguat
 ſic ſortes eſt ſubſtantia ſortes eſt animal. ergo quoddam animal eſt ſubſ
 ſtantia. ibi enim eadem concludio ſequitur per ſyllogiſmum expoſitivū
 um que prius concluda fuit per ſyllogiſmum ad intellectum z ſicut iam
 exemplificatum eſt de darapti. ita z poteſt faciliter exemplificari in alijs

Queritur Quare plus magis probat modos tertiē figure
 re p syllogismum expositivum qz modos aliarū
 figuraz. **Solutio** qz modi tertiē figure ſunt impfectiores alijs ſed quā
 ro aliquid eſt impfectius tanto pluribus indiget ad ſuā pfectiōem vel po
 teſt ſic dici qz ratio eſt iſta. quia medium in ſyllogiſmo expoſitivo eſt ter

Reparationes

minus singularis. et ad illum proprie spectat subiect. **¶** Ergo quia medium in tertia figura est bis subiectum. ideo magis probat plus modos tertiae figure per syllogismum expositioem quam modos aliarum figurarum.

Queritur Que sunt coniugationes inutiles in tertia figura. **Solutio** Prima est quando maior est vniuersalis affirmatiua et minor vniuersalis negatiua.

Secunda quando ambe premissae sunt vniuersales negatiuae.

Tertia quando maior est vltis affirmatiua. et minor particularis negatiua.

Quarta quando maior est particularis affirmatiua et minor vltis negatiua.

Quinta quando maior est particularis negatiua et minor vltis negatiua.

Sexta quando maior est vniuersalis negatiua et minor particularis negatiua.

Septima quando ambe premissae sunt particulares affirmatiuae.

Octaua quando ambe premissae sunt particulares negatiuae.

Nona quando maior est particularis affirmatiua et minor particularis negatiua.

Decima quando maior est particularis negatiua et minor particularis affirmatiua.

Queritur Quomodo probat plus istas coniugationes esse inutiles. **¶** Solutio sicut prius in alijs figuris dando terminos in quibus omni et in quibus nulli veritatem est quod tertia coniugatio non potest vniuersaliter sic ostendi inutiles. quia quando minor comparatur secum suam subcontrariam sicut fit in materia contingens et tunc sunt dabile terminus in quibus omni. sed non terminus in quibus nulli. **¶** Et ergo plus aliter probat illam consequentiam esse inutilem sed ex indefinito particularis negatiuae eodem modo sicut superius dicitur et ista coniugationes inutiles scilicet figure.

Queritur Que sunt illa correlaria que inferunt plus in fine rextus. **¶** Solutio inferunt duo. Primum est quod omnes syllogismi tertiae figure sunt imperfecti. Secundum est quod in tertia figura non concluditur vniuersaliter. **¶** Et hoc solet assignari pro regula specialiter tertiae figure.

Queritur Quor solent assignari regule speciales tertiae figure. **¶** Solutio De his assignant duas. Prima est quod minor existente negatiua in tertia figura nihil sequitur. **¶** Ratio est quia tunc arguitur a non distributa ad distributum ex parte maioris extremitatis que non esset distributa in maiore. quia est predicatum propositionis affirmatiuae quod nunquam distribuitur et tamen distribueretur in conclusione quia esset predicatum conclusionis negatiuae. **¶** Secunda regula est quod in tertia figura semper concluditur particulariter. **¶** Ratio est quia medium non venit extremitatibus nisi particulariter in premissis ex quo est semper subiectum et infra ambas extremitates. et ergo extremitates non possunt vniuersaliter nisi particulariter inter se in conclusione. consequentia tenet. quia vniuersaliter extremitatum cum medio in premissis est causa.

Correlaria } pmo
 } 2do

Primi priorū

sa unioinum extremitatum inter se in conclusione.

Quartum capitulum.

Palam at quoniā z in oibus figuris nō fit syllogism⁹ cū.
In hoc quarto z ultimo capitulo istius tractatus ponit philosophus aliqua correlaria.

Queritur Quot correlaria infert p^hus ex his q̄ dicta sunt circa formatōnes syllogismoz. **Solutio** quoz
Primum est q̄ ex puris negatiuis vel ex puris particularibus non fit syllogismus in aliqua figura.

Secundum q̄ maiore affirmatiua siue vniuersali siue particulari et minore negatiua vniuersaliter fit bonus syllogismus concludens conclusiōnem particularem negatiuā indirecte in omī figura

Queritur Quid intendit p^hus per istud correlarium.
Solutio inuit hic duos modos indirecte concludentes qui vocantur a **P**etro hyspano fapesimo z frisesomoz, quoz
rum p^himus scz fapesimo habet maiorem vniuersalem affirmatiuam. z minorem vniuersalem negatiuam. Et secundus habet maiorem particularem affirmatiuam z minorem vniuersalem negatiuā z ambo inferunt cōclusionem particularem negatiuam indirecte. **Exemplum** de fapesimo in prima figura sic formatur. Omne b est a nullum c est b. ergo quoddam a nō est c. **Exemplum** de frisesomozum formatur hoc modo. quoddam b est a nullum c est b. ergo quoddam a nō est c.

Queritur Verum isti duo modi possunt etiam concludere indirecte in secunda z tertia figuris. **Solutio** philosophi q̄ sic. **Exemplum** de fapesimo in secunda figura. vt omnis homo est animal nullus asinus est homo. ergo aliquod animal nō est asinus. **Exemplum** de frisesomozum. vt aliquis homo est animal null⁹ asinus est animal. ergo quoddam animal non est asinus. **Exemplum** de fapesimo in tertia figura. vt omnis homo est animal nullus homo est asinus ergo aliquod animal non est asinus. **Exemplum** de frisesomozum vt aliquis homo est animal. nullus homo est asinus. ergo quoddam animal non est asinus.

Queritur Quomodo reducuntur isti modi indirecti ad modos prime figure directos. **Solutio** quādo seruiunt prime figure tunc reducuntur sicut signāt littere in illis dictōibus posite scz fapesimo ad serio per conuersionem maioris p̄ accidens mis notis simpliciter z per transpositionem premissarum z frisesomozum etiam ad serio per conuersionem maioris z minoris simplr z p̄ transpōem premissarū. Sed quando seruiunt secunde figure vel tertiae tūc aliter reuoducuntur. Nam in secunda figura maior de fapesimo non debet conuer

L ij

Reparationes

ti sed loco eius debet sumi sua subalterna particularis affirmatiua minor vero de utroque modo debet reuerti simpliciter et premissa debent transponi. Et in tertia figura maior de seipso debet reuerti per accidens et maior de friseleomorum simpliciter et premissa debent transponi. et ita patet quod illi modi in tribus figuris diuersimode reducuntur. tamen semper reducuntur ad unum et eundem modum scilicet ad ferio qui est quartus modus prime figure sicut dicit albertus.

Queritur Ad quod propositum posuit philosophus hic istos modos indirectos. **Solutio.** ad inueniendum quod non omnis coniunctio inutilis est adeo inutilis quod nihil per eam possit concludi nec directe nec indirecte. iste enim coniunctiones. quando maior est vniuersalis vel particularis affirmatiua. et minor vniuersalis negatiua sicut superius reputate inutilis. et tamen patet iam quod aliquid concluditur ex eis indirecte.

Tertium correlatum est quod de particularibus et indefinitis idem est iudicium quantum ad syllogismum in omni figura. Et ratio est quod ad indefinitam sequitur particularis.

Quartum est quod omnes syllogismi imperfecti reducuntur ad primam figuram. Et hoc probat philosophus ratione. quia omnes syllogismi imperfecti ostenduntur necessarij vel ostesive vel per impossibile sed utroque modo reducuntur ad primam figuram. ergo. minor probat philosophus de veritate reductione. et satis patet ex superioribus dicitur. **¶** Extra textum potest istud correlatum sic ostendi. quia sola prima figura est perfecta. ergo omnes syllogismi imperfecti reducuntur ad primam figuram. Antecedens patet. quia ipsa habet perfectum medium. scilicet medium positione et iunctione simul. Etiam syllogismi prime figure immediate regulantur per dicit de omni vel per dicit de nullo.

Quintum correlatum quod est declaratum quartum est. **¶** Omnes syllogismi secunde et tertie figurarum. Et etiam syllogismi particulares prime figure possunt reduci ad duos primos modos vniuersales prime figure ostensive vel per impossibile. Et hoc probat philosophus inductiue in textu.

Queritur Quomodo probat philosophus hoc primo de modis secunde figure. **¶** Solutio. quia modi vniuersales secunde figure scilicet cesare et camestres reducuntur ad celaret ostesive. modi vero particulares scilicet festino et baroco reducuntur per impossibile festino ad celaret et baroco ad barbara. et sic patet quod omnes modi secunde figure reducuntur ad duos modos vniuersales prime figure licet differenter.

Queritur Quomodo probat hoc philosophus secundo de modis particularibus prime figure scilicet darij et ferio quod illi etiam reducuntur ad modos vniuersales. **¶** Solutio. probat in effectu tali ratione. modi particularis prime

De Summi priorū

figure reducuntur impossibile ad modos vles scde figure sz illi modi vles scde figure reducuntur ostensue ad modos vles pme figure vt iam patuit. ergo modi pticulares pme figure etiā reducuntur ad modos vles pme figure ad minus mediate z ex psequenti. Maiorē pbat phus. qz darij res ducit ad carnestres z ferio ad celare sumendo oppositū z tradictoriū z clusionis cū maiore z inferendo oppositū z tradictoriū minoris

Queritur Quō pbat phs tertio qz modi tertie figure etiaz reducuntur ad duos pmos modos vles scde figure. **Solutio** tali ratioe. qz excepto vno mō scz boeardo qz reducitur pms possibile immediate ad barbara oēs alij modi tertie figure reducuntur ostensue ad modos pticulares pme figure scz modi affirmatiui ad darij z negatiui ad ferio. vt prius patuit. Sed modi pticulares pme figure vt iā dictum fuit reducuntur ad modos vniuersales eiusdem. ergo ex psequenti omnes modi tertie figure finaliter reducuntur ad modos vles pme figure

Tertius tractatus

Quoniā autem z diuersum est inesse z ex necessitate inesse. Postq̄ phs determinauit de formatōe syllogismoz de inesse. psequēter determinat de formatōe syllogismoz ex modalibus. **Et** qz textus hic diffusus est. ex p̄uetudine facultatis formaliter nō legitur. nec p̄ gra duandis examinatur sed cuiuslibz p̄iuate diligentie relinquitur. Hinc vt breuicari studeam tractatum. **Tunc** tertium z sequentem quoqz scilicet quartum transeo. materia tamen istorum duozum tractatū sub cōpensio p̄stringitur. in hac sequenti figura.

Reparationes

Formatio vltroz
ex modalibz est duz
plex qz qda est

vniformis 2
tal e duplex
qz qdas est
ex apollo de

Dixta Et
tale triplex
qz qda e vna

necessario. Et in ille per oia fit syllogismus in obus modis et figura sit
cut et ille de inesse expro quarto modo secunde figure 2 qmo modo ter
tie figure scz baroco 2 bocardo qui pttuntur per eppositionem.

contingent
Et tunc

In pma figura scd p dolo de ptingenti qm maior no e ptticulari
In scda figura m p dolo scd in aliquo nisi de ptingentato
In tertia figura p scd nisi ab e pmissile sunt ptticulares

De nccario 2
alia de inec
Et sic

In pma figura opz maior e et vltm de necessario 2 minorcm
affirmatiua de inesse
In 2a figura opz negatiua e de nccario 2 affirmatiua d icc
In tertia opz vltm p e de necessario siue affirmatiua si vltis
siue negatiua.

De ptingenti
2 alia de inel
esse 2 tunc

In pma figura opz maior e esse de ptingenti ad vtriuslibet et
minorcm de inesse simpli
In scda opz vltis negatiua e de inec 2 affirmatiua de ptingenti
In tertia figura p sequit nisi ambe pmissile sunt ptticulares vlt
minor de inesse

De ptingenti
2 necessario
et tunc

In pma figura opz maior e esse de ptingenti 2 minor e de ne
cessario ad inferendu p ditione de ptingenti ad vtriuslibet
In scda figura opz negatiua esse de necessario 2 affirmatiua
de ptingenti 2 sequit p dulo de ptingenti tm
In tertia figura p sequit p dulo si negatiua fuerit de nccario.

Primi priorum Tractatus quintus

Quoniam ergo qui in his figuris sunt syllogismi
In hoc tractatu. p. declarat quedam p̄supposita superius circa forma-
tiones syllogismoꝝ. Et diuidit in quatuor capta. In p̄mo p̄bat q̄ om̄is
syllogismus fit in aliqua triū figurarum

Querit **S**ed omnis syllogismus fiat in aliqua triū figurarū
So q̄ sic Et p̄o p̄bat̄ ne illius p̄bus ponit tres
diuisiones syllogismi.

Prima diuisio est. q̄ syllogorum alius est **A**ffirmatiuus

Secūda est q̄ syllogoz alius est **N**egatiuus

vniuersalis

particularis

Ostentiuus Et dicit ille qui ex duabz p̄missis
in modo et figura ordinatis. infert conclusionem
suam nullo alio p̄supposito vt. om̄e. b. est. a.
oē. c. est. b. ergo om̄e. c. est. a.

Tercia est q̄ syllo-
gismoꝝ. Alius est

Ox hypotisi Et dicit
q̄o fit p̄clusionē suā
seq̄ ex p̄missis ducen-
do ad incoꝛueniens
p̄supposita r̄n̄sione
mala alicuius r̄n̄tis
Et e^o sit due sp̄s. s.

Syllo ad ip̄osibile. Et
dicit ille q̄ p̄cedit ex aliq̄
p̄p̄ōe falsa cōcessa a r̄n̄te
cum alia manifeste vera
ad inferēdū p̄clusionē fal-
sam ex cui⁹ p̄clusionis fal-
se interemprōe iterimitur
p̄p̄ō falsa p̄cessa a r̄n̄te

Syllo extrāsumprōe Et
dicit ille q̄n̄ opponēs de cō
sensu r̄n̄tis transfert se ad

p̄bandū aliquā p̄clusionē extra p̄positū qua probata supponit cū resp̄dēs
re q̄ erit p̄bata conclusio p̄ncipaliter intenta Et talis syllogismus ē mul-
tiplex. q̄z aliq̄s est circularis aliq̄s p̄uersiuus aliquis ex oppositis. z sic de
alijs. In omnibz em̄ illis fit syllogismus ex hypotēsi sumpta ad p̄ncipale
p̄positum.

Querit Quō iam probat p̄bus. q̄ ois syllogismus fit i aliqua
trium figurarum **S**o probat tali ratiōe. Quia ois
syllogismus vel est affirmatiuus vel negatiuus vniuersalis vel p̄cularis
ostentiu⁹ vel ex hypotēsi cuius vna sp̄s est syllogismus ad ip̄osibile **S**z
omnis talis syllogismus est in aliqua trium figurarum. ergo omnis syllo-
gismus est in aliquatrum figurarum

Reparationes

Queritur Quō probat p̄s̄ minorem illius rationis **Solutio** p̄bat primo de syllogismo ostensiuo. qz illo probato manifestū est in syllo gismo ex hypotesi. Et ponit p̄s̄ in effectu talem rationem. In omni syllogismo ostensiuo oportet esse duas p̄nes altero termino precipantes. sed hoc p̄tingit in tribus modis. ergo in tres sunt figure in quibus potest fieri syllogismus ostensiuus. Maior patet. qz nisi iumeretur due p̄dones non esset syllogismus qz syllogismus est oratio in q̄ quibusdā positio. Et si ille due p̄misse preciparent utroqz termino tunc etiam nō esset syllogismus qz argueretur ab eodem ad idem. Et si nullo termino preciparet tūc essent omnino imp̄tinentes ad p̄clusionem. ergo sequitur q̄ oportet eas precipare altero termino in q̄ terminus ē mediū. **Minor** ē p̄bat. p. qz ille terminus q̄ est mediū in que p̄misse precipat p̄ solū tripliciter variari. qz vel subijcitur in p̄ma et p̄dicatur in secunda vel predicat in utroqz vel subijcitur in utroqz et ergo sequitur q̄ solum sunt tres figure syllogismo ostensiuorum et p̄sequens omnis syllogismus ostensiuus fit in aliqua illarum trium figurarum

Queritur Quō tam ostendit p̄dicatam minorem de syllogismo ex hypotesi **Solutio** p̄bat dupliciter in q̄ due sunt species syllogismi ex hypotesi. de syllogismo ad impossibile p̄bat primo tali ratione. Omnis syllogismus ostensiuus est in aliqua trium figurarū. sed syllogismus ad impossibile quo ad aliquem suū p̄cessum est ostensiuus. ergo omnis syllogismus ad impossibile est in aliqua trium figurarū. **Minor** ē probat qz syllogismus ad impossibile in primo processu suo est ostensiuus qz ibi ex vna p̄missa falsa cōcessa a respondente et altera manifeste vera inferit p̄clusionem manifeste falsam. **Exempli gratia**. si aduersarius aliquis concedat q̄ diamiter est symiter id ē cōmēturabilis coste quadrati. Tunc arguitur sic. p̄ syllogismum ad impossibile. Sicut se habet diamiter ad symiter sic se habet nūerus abūdans ad p̄fectum s̄ diamiter est symiter ut suppositum est ab aduersario. ergo nūerus abūdans est p̄fectus. Sed conclusio est falsa. ergo aliqua p̄missarū. nō maior ergo minor. s̄ maior fuit p̄cessa ab aduersario. ergo illa est falsa ibi iam manifeste videt q̄ p̄mus processus qui est a maiore p̄ minorem ad p̄clusionē est ostensiuus et directus et secundus reflexus et reditus? a p̄clusionē falsa ad interemptōem alicuius p̄missæ

Queritur Quō probat p̄s̄ secundo de syllogismo ex transumptione q̄ fiat in aliqua trium figurarum **Solutio** ponit in effectu talem rationem. Omnis syllogismus ex transumptione ē ostensiuus alicuius p̄clusionis sed omnis syllogismus ostensiuus ut patuit fit in aliqua trium figurarū. ergo omnis syllogismus ex transumptiuus fit in aliqua trium figurarū. Maior patet ex definitione syllogismi transumptiuus. s̄ em in omni syllogismo ostensiuo cōclusio p̄ncipali intentā p̄cludit p̄ p̄clusionem alicuius positionis vel hypotesis p̄cessa a respondente. Et si p̄cedat respondens q̄ pat̄ rō est de ista p̄dōne. oim p̄rariorū est eadem disciplina et de de ista omnium contrariorum est idem sensus tunc probato q̄ oim cōtra


Primi priorum

notū est idem sensus etiam habetur. pbatū q̄ oīm p̄ratorū est eadē disci-
plina sed hoc nō fit nisi p̄ syl̄m hoc p̄cludentē z ostendentem

Capitulum secundum

Amplius autē in omni syllogismo oportet aliquē terminū
In hoc capitulo p̄hus ostendit sc̄dm p̄suppositum superius sc̄z q̄ in
omni syllogismo necesse est vnā p̄missā esse vniuersalē z vnā affirmatiuā

Querit ūo pbat p̄hs q̄ oportet in omni syllogismo alteram
p̄missarū esse v̄tē **S**olo. qz sine v̄lī p̄pōne aut non
erit syllogismus aut non erit ad p̄positum aut petet p̄ncipiū s̄ hoc est m̄
conueniens. ergo in omni syllogismo oportet alterā p̄missarū esse vniuersalē
lem. **M**aiore pbat p̄hs p̄ duo exempla. p̄mū est morale. sc̄dm mathema-
ticū. Exemplū morale est. vt voluptas est studiosa musica voluptas ē
voluptas. ergo musica voluptas est studiosa. ibi tē in maiore voluptas
stat indefinite et p̄ potest verificari de aliqua p̄ticulari voluptate z sic non
arguit ad p̄positū vel stat. p̄ voluptate musica z tunc petitur id q̄d est in
p̄ncipio. **P**ro intellectu exēpli mathematici describat p̄mo circulus z di-
cantur due lineae diametraliter p̄ centrū circuli ab a in c z ex b in d. **E**t tunc
trahat vna linea p̄ua in quarta portōne circuli. sc̄z ex c. in d. que linea sit ba-
sis trianguli tunc triangulus intra illam quartā portionem circuli p̄ten-
tus. dicitur egerurus vel egerurus qz habet equalia crura seu latera **A**ngulus
autē totalis in terminis linearū qui diuidunt circulum totalem dicitur
angulus semicirculi. z dicit v̄nus a. c. z alius. b. d. **A**nguli vero p̄tiales
sp̄tus trianguli supra basim p̄stituti dicuntur anguli egeruri z vnus vocat̄
in figura in sp̄cio descripta. c. z alius f. **A**nguli autē p̄tenti inter cordam
que est basim z arcum portionis circuli dicuntur anguli incisionis z vnus
vocatur c. z alius d vt patet in ista figura. h̄ descripta. **E**t vocātur illi ang-
uli incisionū qz sunt in duobz p̄tētis sc̄z c z d in quibz linea incidit circulū



Nis ergo sic descriptis z cōsideratis possunt ex textu trahi tria exēpla
Primū est. anguli semicirculi sunt equalēs sed a c et b d sunt anguli semi-
circuli. ergo sunt equalēs. **S**c̄dm exemplū est **A**nguli incisionis sunt equa-
les s̄z c et d sunt anguli incisionis ergo sunt equalēs. **T**ertiū exemplū est s̄
aliquis velit p̄bare q̄ anguli egeruri qui sunt ad basim sunt equalēs argu-
atur sic. **S**i ab e q̄libz equalia demas remanētia sunt equalia sed anguli a
c z b d sunt equalēs. ergo si ab eis equalia demantur reliqua erunt equa-
lia. anguli autem b et c. sunt equalēs. ergo anguli egeruri ad basim sc̄z c.
et f reliqui sunt equalēs. **I**n illis em̄ exemplis nullum ponitur vniuersa-
le sed maior semper est. indefinita. vel ergo in maiore primi exempli. quāta

Reparationes

do dicitur anguli semicirculi sunt equales accipiunt ibi anguli semicirculi. p
alijs ab illis. scz a c et b e z tunc non arguit ad ppositum vel accipiunt pro
illis z sic petitur pncipium. Et sicut est etiam in secundo exemplo z in ter
tio si prima ppositio. si ab equalibus z sumat sine signo vniuersali.

Queritur Quot correlaria infert pbs ex dictis. **Solutio**
tria. pmi est q conclusio vniuersalis no syllogizat
nisi ex ambabus pmissis vniuersalibus. Sed conclusio particularis aliquando
syllogizatur ex ambabus vniuersalibus sicut in darapti. aliquando vero ex vna
vniuersali z alia particulari sicut in darij. **¶** Secundum correlarium est q si
conclusio est vniuersalis necesse est ambas premissas esse vniuersales. sz no
ecotra. qz amb e premissae possunt esse vniuersales qz tamē conclusio sit parti
cularis. sicut in darapti z felapton patet. **¶** Tertium correlarium est q
oportet conclusionē semp esse similem ambabus premissis vel ad min^o al^o
cui premissarum non solum quo ad affirmationem. sed etiam quo ad hoc
q est simpliciter inesse necessario inesse vel ptingenter inesse.

Arguitur In darapti. conclusio non est similis alicui pmissarum
ergo hoc correlarium est falsum. **¶** Ans probatur. qz am
be premissae ibi sunt vniuersales z conclusio est particularis. **¶** Solo negadū
est ans. Et ad probationē dicendum est q similitudo non attendit penes q
ritatem. sz penes qritatez tam pto in darapti licet non sit eisdem qritate
tis cuz premissis est tamē eiusdem qritatis qz est affirmatiua

¶ Tertium capitulum

¶ Balam aut et quadoqz omnis demonstratio fit per tres
¶ In hoc tertio capto ostendit pbs tertium ppositū scz q in omni syllo
sunt necessarii tres termini et due ppones

Queritur Quō pbat pbs q in omni syllo no possunt esse nisi tres
termini. **Solutio.** qz in pclusionesunt tm duo termini q
sunt extremitates et pter illos non potest assumi nisi vnus qui sit mediuz
et habeat se ad illos duos vel ad alterū eozuz vt totum vel vt ps subiecti
tiua. ergo sequit q in syllo no possunt esse nisi tres termini.

Queritur Quō ostēdit hoc qz pter illos duos terminos
qui sunt in pclone non potest sumi nisi vnus qui
sit mediū. **Solutio.** qz si sumant plura media oportet illa sumi in pluribus
pponibz et tunc vel sunt plures syllogismi z no vnus vel alique ppositi
ones vane et inutiliter assumunt. Sequela probat. qz si vnum medium
sumat pmo in duabz pponibz ad aliquā pclusionē pncipalē intentā. qz pro
positioes habeat se ad iuicē sicut totū z ps. qz hoc est necesse si debeat fieri
syllo. et postea sumat aliud mediū in duabz alijs pponibz tunc ille alie ppos
itioes vl' habet se etiā p modū totius z pps. vel nō. si nō tunc vane z ins
utiliter assumuntur. qz tunc nihil ex eis pte cōcludi ad ppositū. Si vero
habent se vt totum et pars tunc conclusio que sequitur ex eis vel est eadez

Primi priorum

tum cōclutione p̄ncipali que sequitur ex p̄mis p̄pōnib; vel alia. Si est eadē
dem tunc non est vnus syllosed p̄les syllogismi tendentes ad eandē con
clutionem. Si est alia tunc vel est alia a p̄clutione p̄ncipali s; nō a p̄missis
illius p̄clutionis p̄ncipalis vel est alia a p̄clutione p̄ncipali z etiam a p̄es
missis. Si datur p̄mū tunc iterū non est vnus syllogismus s; plures quia
vnus est syllos z alius p̄syllogismus. qz syllos dicitur qui assumitur ad p̄ban
dum aliquā p̄missam scz maioram vel minorem. Si vero dicat secunduz
scz qz est alia a cōclutione p̄ncipali z etiam a p̄missis. tunc etiam non est
vnus syllos sed plures adinuicem dispari z inconiuncti. Sic ergo patet. qz
si sumantur plura media vel erunt plures syllogismi vel alique p̄positio
nes vane z inutiliter assumēt quare relinquitur qz in vno syllogismo non
possunt esse nisi tres termini.

Ad In syllogismo ex oppositis sunt solum duo termini. ergo male di
citur hic qz in omni syllogismo debet esse tres termini. Nis pat
et in isto exemplo. Omnis disciplina est studiosa. nulla disciplina est stu
diola. ergo nulla disciplina est disciplina. Solo licet in tali syllogismo
non sint nisi duo termini fm vocem sunt tamen tres fm officiu; et fm vir
tutem terminorum. quia vnus illorum terminorum scz qui ingreditur cō
clutionē supplet vice duarū scz maioris extremitatis z minoris.

Arguit In syllogismo sunt quatuor termini ergo. Nis pro
batur. qz in syllo sunt due p̄pōnes. vt iam probabi
tur. s; quelibet p̄positio habet duos terminos. Solutio. licet in syllo
gismo sint quatuor termini. p̄positionales scz duo subiecta z duo p̄dicat
ta tamen sunt solum tres termini syllogistici.

De ō probat p̄hus qz in syllogismo debet esse solum due p̄pō
sitiones. Solo. qz in syllogismo sunt solum tres termini. vt iaz
patuit. ergo debet etiam esse solum due p̄pōnes. Nā tenet. qz oportet vnū
illorum terminorū. scz medium bis sumi z quando medium sumitur bis
tunc sunt precise due p̄positiones.

Ad In quolibet syllo sunt due p̄missae et vna p̄clō. ergo in syllogis
mo sunt tres p̄pōnes. Solo qz p̄clō non est p̄positio. Si di
catur conclusio conuenit definitio p̄positionis. ergo est p̄positio. An
recedēs probat. qz est oratio verum vel falsum significans indicando.
Ad hoc dicendū. qz illa definitio non datur de p̄positione fm qz est p̄
positio dicta a proponendo. sed datur de enūtiatione sub noie p̄pōnis.

Queritur Quod est hoc correlarium quod infert p̄hus ex
dictis. Solutio dicit. qz si sit aliqua oratio syllo
gistica in qua sunt plures p̄pōes q̄ due. illa vel non ē simplr vnus syl
logismus. vel plura interrogat q̄ est necessarium ad positionem. hoc est
tantum dicere qz talis oratio vl̄ constat ex syllogismo z p̄syllogismo vel
assumit aliquas p̄pōes p̄ternecessarias ad probādum p̄ncipalem conclu
sionem sicut docet in octauo thopicorum.

Reparationes

Queritur Quomodo patet pars numerum terminorum ad numerum propositionum in syllogismo simpliciter vno. **Solo** dicitur quod propositiones in syllogismo simpliciter vno sunt in numero pari sed termini sunt in numero impari quia termini sunt vno plures propositionibus. termini enim sunt tres et propositiones sunt tamen due.

Queritur Quomodo patet conclusio ad propositiones. **Solutio** dicitur pars quod conclusio est medietas propositionum. quia conclusio principalis syllogismi est vna tamen et propositiones premissae semper sunt due.

Queritur Quomodo se habent termini ad propositiones in syllogismo aucto. per plusquam media vel per syllogismatorem. **Solo** dicitur pars quod in illis adhuc termini in vno excedunt propositiones. Et ratio illius est. quia quatuor multiplicentur media. tamen oportet quod quilibet eorum sit intrinsecus vel extrinsecus assumptum inter extrema coniungibilia per tale medium. Et quia extremitates coniunguntur cum medium solus in duabus propositionibus sequitur quod termini semper in vno excedunt propositiones.

Queritur Quando dicitur aliquod medium intrinsecus assumptum et quando extrinsecus in syllogismo. **Solo** tunc dicitur intrinsecus assumptum quando sumitur inter extrema principalis syllogismi sub maiore extremitate et supra minorem. Et hoc fit quando concludit extremum distans de extremo per medium non immediatum. sicut si concludat substantiam de aliquo homine per hoc medium quod est viuus tunc enim inter viuum et aliquem hominem versus inferius possunt sumi animal et homo et iter substantiam et viuus possunt sumi corpus et animal. Sed tunc medium dicitur extrinsecus assumptum quando sumitur supra maiorem extremitatem ascendendo sicut supra hominem animal et supra animal viuum vel sub maiore extremitate descendendo sicut si sub viuo sumat animal et sub animali homo.

Queritur An in talibus syllogismis oportet semper propositiones esse pares et terminos impares. **Solo** quibus numerus terminorum semper excedit in vno numerum propositionum tamen oportet quod propositiones semper sint pares et termini impares. sed quo ad hoc termini et propositiones habent se permutablem. ita scilicet quod quando propositiones sunt pares tunc termini sunt impares in numero. et contra. quando propositiones sunt impares tunc termini sunt pares. Et non possunt se eodem modo habere quia semper cum termino vno sic assumpto additur vna propositio per relationem talis termini ad medium.

Queritur Quomodo se habent conclusiones in tali additione vel per syllogismationem. **Solutio** conclusiones non habent eundem ordinem neque ad terminos neque ad propositiones secundum numerum paritatem vel imparitatem sed semper conclusiones sunt pauiores vno quam termini sunt plures syllogismi. quia termini semper sunt tres sed conclusiones in tali additione sunt solum due. Et hoc potest sic ostendi. quia si tribus terminis qui sunt in syllogismo superaddat quartus ad syllogisandum ille vel addat supra

Primi Priorū

maiorē extremitatē vel sub minore. vel ad mediū. Et hoc dupl'r. qz vel ad
des inter maiorē extremitatē z mediū vel inter minorē z mediū. Si addat
talis terminus supra maiorē extremitatē. tūc p̄ ille terminus additus cō
cludit de medio. Et etiā de minore extremitate p̄ maiorē. z sic erūt due nos
ue cōclusiones. Si addat sub minore extremitate. tūc de illo termino addi
to p̄ cōcludi tam maiorē extremitas q̄s mediū p̄ minorē extremitatem. z sic
adhuc sunt due noue cōclusiones. Si vero addat inter maiorē extremitatē
tem z mediū tūc p̄ ipm̄ p̄ cōcludi maior de medio. z etiā ipse terminus ad
ditus p̄ cōcludi de minore p̄ mediū. z sic iterū erūt due noue cōclusiones.
Si autē addat inter mediū z minorē extremitatē. tūc de ipso p̄ cōcludi ma
ior extremitas p̄ mediū. z etiā mediū de minore extremitate p̄ ipm̄. Et sic
p̄ q̄ q̄tercūq; addat ille nou' termin' semp̄ fūit due cōclusiones.

Quartū capitulū.

Quā autē habemus de quib; fūit sylli et quales

In hoc caplo finali istius tractatus phus ostendit que p̄clo sit facilliter
syllogisabilis z que difficulter

Querit Que p̄clo est facilliter syllogisabilis z que nō. **Solo**
illa p̄clo dicit esse facilliter syllogisabilis que in plurib; fig
guris z plurib; modis figuraz cōcludit. Illa vero est difficulter syllogisa
bilis que in pauciorib; figuris z modis p̄cludit. Ex quo patz qz p̄clo vltis
affirmatiua difficillime est syllogisabilis. quia solum concluditur in prima
figura z in vno mō. scz in barbara. Vniuersalis autē negatiua facillius syl
logisatur. qz syllogisat in vno modo p̄me figure. scz Celarent. et in duob;
modis secūde figure scz cesare z camestres. Sed adhuc facillius syllogisa
bilis est particularis affirmatiua. quia in p̄ma figura p̄cludit in vno mos
do z in tercia figura in trib;. Particularis vero negatiua inter omēs est fa
cillime syllogisabilis. qz illa in omib; figuris cōcluditur. scz in p̄ma in vno
modo. In secūda in duob;. z in tercia in trib;

Querit Que conclusiones facilliter destrūntur z que difficulter
Solo. conclusiones vniuersales facilliter destrūntur.
et conclusiones particulares difficulter. inter omnes tamē vltis affirmati
ua difficillime destruit. Et rō est. qz p̄clusiones vltis destrūntur p̄ suas cō
trarias z p̄radicetozias. et ille cōcluditur in plurib; figuris. Sed p̄clones
particulares nō destrūntur p̄ suas subcōtrarias. sed solum p̄ suas cōtrad
ictozias. que in plurib; figuris p̄cludūtur. Unde in particularib; dicit phus
facillius est construere q̄s destruere. Sed in vniuersalib; est e contra. ibi em̄
est facillius destruere q̄s construere. quia vniuersalis per duas destruitur et
per vnā tm̄ construitur

Sextus tractat' de arte in nendi medium

Quo autē idonei erimus semper syllogismoꝝ zē

Reparationes

¶ Hec est sextus tractatus huius libri. In quo philosophus determinat de arte inueniendi medium. Et diuidit in tria capitula. In primo tradit artes in generali. In secundo applicat ad diuersa genera conclusionum. Et in tercio remouet aliquas falsas opinionones. Primum capitulum habet tres partes principales. In prima permittit aliqua pambula ad istam artem.

¶ Queritur utrum necesse sit tradere aliquam artem inueniendi medium. **Solo** sic. **Et ratio** est. quod non sufficit solum scire formatiōnem syllogorum. quoniam scilicet et quilibet debet aut constitui. scilicet oportet etiam habere potentiam et ydoneitatem hoc facile et prompτε faciendi. sed illam prompitudinem acquirimus per philosophum quod scimus inuenire medium. ergo necesse fuit tradere aliquam artem inueniendi medium. **¶ Vel** per hoc idem etiam sic ostendi adcludendum unam extremitatem de alia. in syllogismo necesse est habere aliquod medium quod sit causa unionis illarum extremitatum inter se in conclusione. sed tale medium semper inuenire est difficile. ergo necesse est tradere aliquam artem ad inueniendum tale medium.

Reduplicatiuū autē in p̄pōnibz ad p̄mam extremitatem. In isto tertio capitulo. p̄ p̄r determinat de syllis reduplicatiuis. Et diuiditur in duas p̄tes. In p̄ma docet syllogisatiuū reduplicatiuū p̄stituerē So⁹ docet eum reducere 7 resoluerē.

Q̄ Quare. p̄ docz sp̄aliter reducere syllim reduplicatiū. So⁹ q̄z p̄o s̄t aliq̄s purare q̄ illud extremū in q̄ ponit reduplicatio debet reduci ad simplex 7 incomplexū nomē. 7 ḡ ad remouendū h̄. p̄ docz h̄ quō syllogisatiuū reduplicatiuū d̄z p̄stitui 7 quō d̄z resolui

Queritur Quid est syllus reduplicatiu⁹. So⁹ syllus reduplicatiu⁹ d̄z q̄ ē p̄stitur⁹ ex p̄pōnibz reduplicatiuis.

Q̄ Quid est p̄pō reduplicatiua. So⁹ ē illa in qua enūciat p̄dicatiuū de subiecto cū reduplicatōe seu cū signo reduplicatiuo. Signa reduplicatiua sunt. inq̄tū vt h̄mōi. vt sic. f̄m̄ q̄ h̄mōi 7 sic de alijs.

Q̄ Quorū requirit ad h̄ q̄ aliq̄ p̄pō dicat reduplicatiua p̄mo. Solo q̄rtuo: p̄mo em̄ requirit subiectū p̄ncipale p̄pōis. 2^o p̄dicatiuū. 3^o signū reduplicatiuū. 7 q̄rto reduplicatiū. Exēplū ḡra in p̄pōe dara. hoc aīal ē suba inquam aīal. ibi aīal est subiectū. substantia p̄dicatiuū. inquam tū signū reduplicatiuū 7 aīal positū post hoc signū inq̄tū est reduplicatum.

E iij

*Prillē Dupl
redund*

Reparationes

Queritur Quotuplex est reduplicatio. **Solutio** duplex
qz qdam est rei fm inherentiã alterius rei ad ipaz
Et talis semp importat causam inherentiã pdicari ad subiectũ. sicut cuz
dicitur homo est aial in quantum hõ. **Alia** est reduplicatio modi inherentiã
di. vt fortes scribit in quantum potest. z de prima est hci principaliter ad
propositum vt dicit albertus.

Querit Quõ definit reduplicatio pmo mõ accepta fm dñm
albertũ. **Solutio** dicit qz reduplicatio est reiterata enũ
ciatio. mediũ sup extremũ pponis denotans cãm inherentiã pdicari ad sub
iectum vt omne animal est substantia in quantum aial.

Querit Quõ dñt reduplicatio z distributio. **Solutio** qz di
tributio est dispositio subiecti in ordine ad predicatũ.
S3 ecõtra reduplicatio est dispõ pdicari in ordine ad subiectũ. z g etiam
signũ distributiũ ponit ad subiectũ s3 reduplicatio sp ponit ad predicatũ

Queritur Que est rõ illius qz reduplicatio sp dz addi pdi
cato. **Solutio** qz quicqd dicit cãm inherentiã pre
dicari ad subiectũ hoc dz addi pdicato sicut eius determinatio. S3 redu
plicatio dicit cãm inherentiã pdicari ad subiectũ. ergo dz addi pdicato. **Da**
ioz p3. qz inherentiã illa est pdicari z nõ subiecti. qz pdicatum inheret. non
aut subiectũ. **Notandũ** tamẽ est qz quis reduplicatio ad dat sp pdicato
tamẽ pdicatum nõ est id qd reduplicat s3 subiectũ qz si pdicatum reduplici
catur propositio esset falsa.

Ad Reduplicatio p̄r ad di subiecto. ḡ male dicit qz sp debet addi pdica
to. **Ans** pbat in isto exemplo. corpus in quantum mobile est subie
ctum naturalis phie. **Et** sicut hic. ens in quantum ens est subiectũ metaphi
sice. **Solutio** signũ reduplicatiũ potest accipi duplr. vno mõ specifica
tiue. z sic bene p̄r addi subiecto z ita accipit in illis exemplis. **Alio** redu
plicatiue inq̄tũ importat causalitatẽ z nõ potest addi subiecto.

Contra Signum reduplicatiũ acceptũ reduplicatiue potest
addi subiecto. ergo illa solutio est falsa. **Ans** pbat
in hoc exemplo. lac in quantum album est visibile. **Qd** m qz reduplicatõ
nem addi subiecto potest intelligi duplr. vno modo tanq̄ illi qz reduplici
catur. z verũ est qz addit subiecto. **Alio** mõ tanq̄ determinatio determinã
nabili. z sic nõ potest addi subiecto sed solum pdicato. vt dictum fuit. **Et**
ḡ solet dici qz aliud est terminũ reduplicari z reduplicatões poni ad ipm.

Queritur Quot modis potest ex reduplicatiuis syllogisã
ri. **Solutio** p̄s ponit duos modos in textu
Primus modus est qz sumendo maiorem extremitatem cum reduplica
tione mediũ potest inferri conclusio reduplicatiua in p̄ma figura. **Exem**
plum est. vt omne bonum. est disciplina in quantum bonum. sed iusticia est
bonum. ergo iusticia est disciplina in quantum bonum. ibi em̄ reduplica
tio mediũ scz in quantum bonum ponitur ad maiorem extremitatem. z es
go sequitur puenienter illa conclusio reduplicatiua.

Primi priorum

Querit **U**trum illa reduplicatio medij posita in maiore non debeat
ad resum ad medium in minore. **S**olo pbi qz nō. **E**t
ratio illius est qz mediū in minore est predicatum s; p̄dicatū nō potest res
duplicari vt dictum fuit. vñ dicit pbs. qz si reduplicatio reponeret in mi
nore ad mediū talis propositio esset falsa et inintelligibilis esset p̄mo fals
sa qz reduplicatio hz vim signi vniuersalis. vñ si sic diceret iusticia est bo
nus inq̄tū bonū. sensus esset iusticia est oē bonū. esset etiā sc̄do intelligibi
lis qz reduplicatio dicit eā in inherētie. si ergo poneret ad medium a pre
p̄dicari minoris tūc sc̄aret qz mediū esset causa inherētie sui p̄p̄ius. s; hoc
est inintelligibile qz sc̄z aliquid sit causa sui p̄p̄ius. **E**t istius p̄mimodi pbs
ponit adhuc tria exempla in textu.

Secus modus est qz sumēdo maiorem extremitatem cum reduplica
tione minoris extremitatis p̄t syllogisari conclusio reduplicatiua in p̄ma fi
gura. vt p̄t sic arguendo. omne studiosum est disciplinarū inq̄tum bonus
bonū est studiosum. ergo bonū est disciplinarū inq̄tum bonum

Querit **A**n sit idem modus syllogisandi aliquā conclusiōe sim
pliciter z cū reduplicatiōe. **S**olo pbi qz non. **E**t rō
diuersitatis est. qz ad syllogisandū aliquā conclusiōem simplr ponit p̄ me
dio ens simplr sine aliqua additiōe. **S**z ad syllogisandū cōclusiōe ali
quam cū reduplicatiōe accipiendum est medium cū reduplicatiōe restrī
gente ad prem subiectiuam ad prem in modo z cōs.

Querit vtrū potest etiā syllogisari ex reduplicatis in modis p̄tica
larib; p̄me figure. **S**olutio pbi qz sic. **E**t debet terminari eodem mō ordi
nari cū reduplicatiōe vel sine reduplicatiōe in modis p̄ticularibus sicut
in modis vniuersalibus

Querit **U**trum etiā possit syllogisari ex reduplicatis in secūda
daet̄ tertia figuris. **S**olo qz sic s; d̄nter a p̄ma. **E**t
ratio illius est qz in p̄ma figura p̄t syllogisari duob; modis. s; p̄mo cum re
duplicatiōe medij sup̄ maiorem extremitatem. **E**t secūdo cū reduplica
tione minoris extremitatis sup̄ mediū sicut iam ostensum fuit. **S**ed in sec
tunda figura z in tertia p̄t solum syllogisari vno modo

Queritur **Q**uō potest syllogisari in secūda figura. **S**o cū
reduplicatiōe minoris extremitatis t̄m. **E**xplū
vt bene seq̄tur. Nullū malum est eligendum omne bonū est eligendum in
q̄tum bonū. ergo nullū bonū est malum inq̄tum bonū.

Querit quare in secūda figura non potest syllogisari cū reduplicatiō
ne medij. **S**o qz si sic tunc vel illa reduplicatiō poneret ad mediū vel
ad maiorem extremitatem. non p̄t dici p̄mū qz mediū in secūda figura
est p̄dicatum z ergo reduplicatiō sibi ad dita faceret ip̄m stare vlt̄ er̄ esse
locutio falsa. **N**ō p̄t etiā dici sc̄dm qz etiā esset p̄p̄o falsa. **S**icut si sic di
ceret in maiore. nullū malū inq̄tū eligendū est eligendum ibi eīm significa
tur oppositum esse causa oppositi.

Querit quō potest syllogisari ex reduplicatis in tertia figura. **S**o
qz cū reduplicatiōe medij t̄m. **E**xemplum, vt omne eligendū est bo

Reparationes

num inq̄tum eligendum. Omne eligendū est expediens. ergo aliq̄d expediens est bonum inq̄tum eligendum

Querif Quare in tertia figura non potest syllogisari cum red duplicatione minoris extremitatis. **S**olo q̄ ratio ē ista. qz vel reduplicatio poneret ad maiorem extremitatē in maiore p̄pone vel ad mediū. sed nullam illorū potest dici qz vtroqz modo erit propositio falsa sicut facilliter patet formādo exempla.

Prō Dñō docet p̄hs iam reducere et resoluere syllogismū reduplicatum. **S**olo docet hoc p̄ aliqua documenta. verū est tamē q̄ documenta illa non solum valent pro syllo reduplicatiuo sed p̄ facilliori re ductione oim syllogismorum occultorū in maifestos.

Prīmū documentū est q̄ in resolutione r̄ reductō nesyllogismorū oportet aliq̄ accipere p̄ vno termino minus noto aliū terminū magis notum. et q̄nqz vnā orationē p̄ alia dūmodo tñ idem fcanr. **E**t loco orationis debet semp sumi simplex nomē dūmodo potest inueniri. **S**i veronō inuenit̄ simplex nomen tunc sumenda est oratio pro termino in syllogismo.

Scōm documētum est q̄ loco termini sumpti cū reduplicatiōe nunq̄ debet sumi terminus sine reduplicatiōe. s̄ debet reduplicatio manere cū termino cui additur. **E**t ratio est qz multū refert capere aliq̄d cum reduplicatiōe r̄ sine ea sicut multum refert dicere voluptas est bonū inq̄tum bonū et dicere voluptas est bonum.

Tertiū documētum est q̄ multum refert in resolutione syllogismorum. **A**n p̄pos sint vtes vel p̄culares. **E**t hoc p̄bat p̄hs duabz rōibz. **P**rima est qz p̄pō p̄cularis p̄t esse vera vlt̄ existente falsa. **S**icut exēpli gratia ista est vera aliq̄d albū est pulchrum. **E**t ista falsa oē album est pulchrū. quia non omni albo forrasse inest pulchrum. **S**cōa ratio est quia ex particulari maiore r̄ vniuersali minore non potest fieri syllogismus in prima figura. **S**ed si ambe p̄missae sint vniuersales tūc fit bene syllogismus. ergo multum refert an p̄positiones sint vniuersales vel p̄culares.

Quartū documētū est q̄ nō ē incōueniēs q̄ in resolutione p̄ponuz in terminos aliq̄n termini accipiant̄ in abstracto q̄ erant positi in p̄creto et q̄ accipiant̄ in recto q̄ erant positi in obliquo. **E**t ratio illius est. qz q̄n syllogismus in p̄cretis vel in obliquis tūc nō intendimus loqui de illis terminis quos ponimus sed de his qui per illos intelligunt̄. **S**imili sicut geometer describit lineā r̄ dicit eā esse pedālē r̄ rectā r̄ sine latitudie r̄ ramē nō est talis nec recta forte nec pedalis r̄ tñ i demōstrādo vrit̄ tali lineā qz nō dem̄fat de ea s̄ de illa que p̄ illā intelligit̄. vñ exēpla ponimus nō vt ita sint s̄ vt sentiat̄ ad discētes. r̄ ita solet autoritas ista allegari ex h̄ textu.

Quintū documētum est. q̄ q̄n p̄missae alicuius syllogismi p̄syllogisant̄ et p̄bant p̄ aliquem alium syllogismū tunc nō oportet q̄ oēs illi syllogismi reducant̄ ad eandē figurā. s̄ vnus ad vnā figurā r̄ alius aliq̄n ad aliam figurā.

Sextū documētum est q̄ ex p̄clusionē manifeste pōt videri in qua figurā sit syllogismus. qz non oīs p̄clusio in qualibet figurā potest p̄cludi sed solum in illa p̄m quā eius p̄missae dispositae sunt. **E**t istud

Primi priorum

potest etiam videri ex dispositione medij. vt prius paruit.
¶ Septimū documentum est. q. ad resoluedum syllogismum ostensiuū
interimētem definitōem alicuius non oportet totam diffinitionem pone
re sed tm̄ vnū terminū q. illo interempto tota definitio est interempta. Et
ratio istius est q. aliquis syllogisans minus perturbat quando longitudo
est ablata q̄ si tota orō definitiua pro termino poneretur. **¶** Exemplū vt
si aliquis velit interimere istā definitōnem. Aqua est potus humidus suf
ficat ostēdere q. aqua non sit potus. sic syllogisando. nulluz simplex elemē
tum est potus sed aqua est simplex elemētum. ergo non est potus
¶ Octauū documentū est q. syllogismi ex hypothesi in q̄m dō nō
reducuntur ad aliquaz trium figurarum hoc est ex ea pre qua sunt ex hy
pothesi. Et istud declarat philosophus dupliciter. **¶** Primo in syllogis
mo ex trāsumpto. **¶** Secō in syllogismo ad impossibile.

¶ **Queritur** Quō probat primo in syllogismo ex trāsumpto.
¶ **Solutio.** q. in syllogismo ex trāsumpto non sequit
cōclusio p̄ncipalis virtute syllogismi s; virtute concessionis respondentis
Sicut si aliquis vellet probare istam conclusionem. q. oim̄ contrariorum
non est eadem disciplina. Et querat ab alio. an ne idem iudicium sit de di
sciplina et de potestate. Et improbato q. oim̄ contrariorum non est eadez
potestas etiaz velit habere probatum q. omnium contrariōrū nō est eadē
disciplina. quo cōcesso Arguitur sic. Sanatiuum et egrotatiuum nō sunt
eiusdem potestatis sed sanatiuum et egrotatiuum sunt contraria ergo oim̄
nū cōtrariōrū non est eadē potestas. **¶** Maior patet. q. si essent eiusdē po
restatis tunc haberent etiam eādem actionem quod tamē falsum est. iam
per illum syllogismum est ostensum q. oim̄ contrariorum non est eadem
potestas sed non est adhuc syllogistice ostensum p̄ncipale p̄positum sc; q.
omniuz contrariorum non est eadez disciplina q̄uis necēario sequat̄ ipū
esse ostensum ex sup̄pone et p̄cessione p̄us facta

¶ **Queritur** Quō probat hoc p̄lus secūdo in syllogismo ad impos
sibile. **¶** **Solutio.** q. syllogismus ad impossibile nō syllo
gisat etiam p̄ncipale p̄positum seu conclusionem p̄ncipaliter intentam.
sed syllogizat aliquod impossibile ex cuius interemptiōe postea cōcludit̄
cōclusio p̄ncipaliter intentā. Sic ergo p̄t̄ in his duab; sp̄cib; syllogismi ex
hypothesi q. nullus syllogis ex hypothesi ex ea pre q̄ est ex hypothesi potest
reduci ad aliquam trium figurarum.

¶ **Queritur** Quō differt syllogismus ad impossibile a syl
logismo ex trāsumpto. **¶** **Solutio** q. in syllo
gismo ex trāsumpto oportet respondentem concedere istaz sup̄positio
nem q. sicue est in vno ita est in alio. et ita syllogis ex trāsumpto non habz
necessitatem suam ex pre rei. sed ex p̄cessione respondentis. Sed hoc non
oportet in syllo ad impossibile. q. ibi oportet respondentē de necessitate p̄ce
dere etiā si nō p̄t̄ cōfiteat̄. et hoc p̄pter irrefragabilem veritatem p̄mi p̄nci
p̄i cui p̄t̄mitur talis syllogismus ad impossibile.

Reparationes

Capitulum quartum

Quæcūq; aut in pluribus figuris concluduntur, propones si in altera

In hoc capitulo philosophus prior docet reductionem trium figurarum ad semivoces

Ad Superius docuit philosophus reducere figuras ad inuicem. Sed superius facit hoc hic. Antis prior, quod docuit superius modos omnium figurarum reducere ad quatuor modos prime figure. Solo licet philosophus docuerit superius reducere secundam et tertiam figuras ad primam tamen e contra non docuit quomodo prima debet reduci ad secundam et secundam in tertiam sicut facit hic

Quare philosophus non docuit hoc etiam prius. Solo, quod ibi docuit reductionem figurarum per quam syllogismi imperfecti perficiuntur. Sed hic docet reductionem per quam non perficiuntur syllogismi sed ostendit quod eadem conclusio potest concludi in pluribus figuris

Quotuplex est reductio figurarum. Primo alteri et triplex. Prima est qua reducitur aliqua figura ut figura reducta perficiatur per figuram ad quam reducitur, et sic secunda et tertia figura reducuntur ad primam. Secunda est qua reducitur aliqua figura, ut illa in qua reducitur sit medium reducendi ad vltimum perfectum et sic modi particulares prime figure reducuntur ad modos vltime secunde figure. Tertia est reductio qua reducitur vna figura in aliam vt apparetur quomodo eadem conclusio potest concludi in pluribus figuris. Et illo vltimo modo loquitur philosophus hic de reductione.

Queritur Etiam quilibet modus alicuius figure potest in duabus illa reductione reduci ad aliam figuram. Solo philosophus non sed quicūq; eadem conclusio concluditur in diuersis figuris tunc potest modus vnius figure reduci ad modum alterius figure, alias non. Et ergo barbara non potest reduci in aliquam aliam figuram quod conclusio vniuersalis affirmatiua non concluditur in alia figura quam in prima. Sicut darii non potest reduci ad secundam figuram, quod in secunda figura non concluditur nisi negatiue

Queritur Quomodo docet philosophus reducere primam figuram ad secundam. Solo dicit quod duo modi negatiui prime figure scilicet celarent et ferio potest reduci ad secundam figuram. Celarent scilicet ad Celarentem per uersionem maioris simpliciter. Et ferio ad festino per uersionem maioris simpliciter. Exempla potest faciliter praticari ex prius habitis.

Quare non docet philosophus reducere modos affirmatiuos prime figure ad secundam scilicet barbara et darii. Solutio ratio illius iam dicta est scilicet in secunda figura non concluditur affirmatiue sed solum negatiue.

Queritur quomodo docet e contra reducere modos secunde figure ad primam. Solo dicit quod duo modi vltime secunde figure scilicet Celarent et Camestres reducuntur ad celarent. Celarent quidem per uersionem maioris simpliciter et Camestres per uersionem minoris et conclusionis simpliciter et per transpositionem premissarum. Festino vero reducitur ad ferio per uersionem maioris simpliciter. Sed baroco non potest ad aliquem modorum prime figure ostensiuè reduci. Et totum istud superius circa secundam figuram patuit

Primi priorū

Quō docet p̄hs reducere p̄mā figurā ad tertiā. **S**o^o d̄r q̄ nō oēs modi p̄me figure p̄nt reducti ad tertiā s̄z solū modi p̄ticulares. **E**t rō ē q̄ in tertiā figurā nō p̄cludit nisi p̄ticularit. z̄ ḡvles modi p̄t me figure. s̄z barbara z̄ celaret nō p̄nt ad tertiā figurā reducī

Di Quō reducunt tūc modi p̄ticulares p̄me figure ad tertiā. **S**o^o darij reducti ad datisi p̄ p̄uersionē minoris simp̄lr. **E**t ferio ad ferison etiam minore p̄uersa simpliciter.

Di Propter q̄d in ista reductōe p̄ma figura reducti ad sc̄dam p̄ cōp̄ uersionē maioris. **S**z p̄ma figura ad tertiā p̄ uersionē minoris **S**o^o q̄ necē ē q̄ figure reductant ad seimutē p̄ uersionē illi^o p̄ponis in q̄ p̄ueniūt. **S**z p̄ma figura p̄uenit cū sc̄da i maiore p̄p̄e. q̄ maior i vtrāq̄ ē p̄hs s̄z p̄uenit cū tertiā in minore. q̄ i vtrāq̄ ōz minore ē ē affirmatiua. **S**z

Di Quō ecōtra reducunt modi tertiē figure ad p̄mā. **S**o^o oēs modi tertiē figure p̄nt reducti ad p̄mā. **D**e p̄ro q̄ n̄o. **S**z bocardo. q̄ bocardo nō p̄t oñsiue p̄ uersionē reducti vt p̄us circa tertiā figurā dictū fuit. vñ darij reducti ad darij p̄ uersionē minoris p̄ acc̄ns. sc̄lapron ad ferio p̄ uersionē minoris p̄ acc̄ns. **D**ilamis ad darij p̄ uersionē maioris z̄ p̄clusionis simp̄lr z̄ p̄ trāsp̄dem p̄missaz̄. **D**atisi ad darij p̄ uersionē minoris simp̄lr. **E**t ferison ad ferio minore p̄uersa simp̄lr.

Querit Quō docet p̄hs reducere sc̄dam figurā ad tertiā. **S**o^o solū q̄ ad vnū modū s̄z festino ille em̄ reducti ad ferison p̄ uersionē vtriusq̄ p̄missaz̄ simp̄lr. **D**odos vles s̄z celare z̄ eamēstres nō docet reducere ad tertiā figurā. q̄ i illa nō p̄cludit vtr̄. **Q**uartum etiā modū s̄z baroco nō docet reducere. q̄ p̄missē ei^o nō p̄nt p̄uerri nisi maior p̄uerat p̄ acc̄dens. z̄ tunc argueret ex puris p̄ticularibz̄ q̄d fieri nō potest vt p̄ius patuit.

Di Quō ecōtra modi tertiē figure reducunt ad sc̄dam. **S**o^o soluz sc̄laprō z̄ ferison modi negatiui tertiē figure p̄nt reducti ad sc̄daz̄ figurā nō āt modi affirmatiui. **E**t rō est. q̄ in sc̄da figurā nō p̄cludit affirmatiue s̄z solū negatiue. vñ sc̄lapron reducti ad festino p̄ uersionē maioris simp̄lr z̄ minoris p̄ acc̄ns. **E**t ferison etiā ad festino p̄ uersionē vtriusq̄ p̄missaz̄ simp̄lr. **B**ocardo āt nō p̄t reducti p̄ cāz̄ sup̄^o dictā de baroco

Quō docet p̄hs reducere sc̄dam figurā ad tertiā z̄ ecōtra z̄ ad sc̄dam p̄ uersionē vtriusq̄ p̄missaz̄. **S**o^o rō ista^o ē q̄ mediū in sc̄da z̄ z̄ figurā h̄t p̄rio mō i p̄missis q̄ in sc̄da figurā ē bis p̄dicatū. z̄ i z̄ est bis subiectū z̄ ḡli vna ōz ad aliā reducti necē ē vtrāq̄ p̄missaz̄ p̄uerri

Quintum capitulum.

Differt āt in p̄struēdo opinari aut idē aut diuersuz sc̄care **I**n hoc q̄nto z̄ vltio capitulo hui^o tractat^o z̄ libri. p̄. determinat de reductōe sylloḡ ex terminis ifinitis. **E**t diuidit in tres p̄tes. **I**n p̄ma p̄pat affirmatiua de p̄dicato ifinito ad negatiua de p̄dicato finito. **I**n 2^a docet b̄n̄ez modū sylloḡandi tales p̄p̄es. **E**t i 3^a ponit q̄sdā regulas p̄n̄ez.

Reparationes

Quod Circa pma' pte. vtz ppo affirmatia de pdicatio ifinito z negatia de pdicatio finito sine vnuz idē. **S**o' pbi q' nō vt nō ē idē dicere h' ē nō albū z h' nō ē albū. Et h' pbat. p. trib' rōib'. **P**rima ē qz pdictoria ista' scz h' ē albū ē ista. h' nō ē albū. z nō ista h' ē nō albū. q' ille ppo nes nō s'z idem. **A**n's pbat. qz sic' se h'nt in modalib' possibile ē ābulare z possibile ē nō ābulare z scit bonū z scit nō bonū. ita etiā se h'nt iste. h' ē albū z h' ē nō albū. s'z ista' q' ē possibile ē ābulare pdictoria nō ē ista possibile est non ābulare neqz ista' scit bonū. pdictoria ē ista scit nō bonū qz tales ppoēs pnt eē sil' p'e. qz possibile ē eundē ābulare z nō ābulare. scire bonū z scire nō bonū. q' etiā a sil' seqt' q' ista' q' ē. h' ē albū. pdictoria nō ē. h' ē nō albū. s'z ista h' nō ē albū. **S**cdā rō ē. qz affirmatia de pdicatio ifinito aliqd' ponit. s'z negatia de pdicatio finito nihil ponit. q' nō s'z idē. **A**n's pbat' qz cū d'z ē nō egle ibi aliqd' subiacet z h' ē megle. **S**z qn' d'z nō ē egle ibi nihil subiacet qz negatio totū tollit qd' posuit affirmatio. vñ de oi ente z nō ente ē vtz dicere q' ē egle vñ nō ē egle. s'z nō ē vtz dicere de oi ente z nō ente q' ē egle vñ in egle seu nō egle qz ens qd' nō ē q' rō ē ens z tñ nec ē egle nec iogle. **T**ercia rō ē qz ad affirmatiaz de pdicatio ifinito aliqd' seqt' qd' nō seqt' ad negatiaz de pdicatio finito. q' nō s'z idē. **A**n's pbat. qz ad istā ē lignū nō albū. seqt' q' ē lignū s'z illa nō seqt' ad istā nō ē lignū albū. p' q' ista ē nō albū nō ē negatio pdictorie opposita ista ē albū s'z ista ē sibi pdictorie opposita nō ē albū

Ut sic' est pdictoria ista' nō est albū. **S**olutio illa est affirmatiua z pdictoria sua est ista nō est nō album.

Querit Quō docz. p. pñas istaz ppo nū de pdicatio finitor ifinito ad inuicē. **S**o' pmo ponit q' tuor ppoēs q's ordinat i modis figure qd' rāgnū lar' z postea ponit pñas. **P**rima ppo ē affirmatia de pdicatio finito z s'z gnaf' p hāc l'ram. **S**cdā ē negatia de pdicatio finitor signaf' p hāc l'raz b. **T**ercia ē affirmatia de pdicatio ifinito z sciat' p l'ram. **L**z ponit sub h'. **Q**uarta ē negatia de pdicatio ifinito z sciat' p hāc l'ram d. z ponit sub h'.

Quō h'nt se iste q' tuor ppoēs ad se iuicē. **S**o' sic se h'nt q' de q'lib' bet ente vñ nō ente pificat' pma vñ 2^a z etz 3^a vñ q'ra. z rō ill' qz pmar 2^a pdictur' sil' 3^a z q'ra. s'z d' q'libz affirmat' vñ nega' de nullo pō sil'

Quor pñas ponit p h' istaz ppoū. **S**o' q' duas. pma ē q' ad affirmatiua de pdicatio ifinito seqt' negatiua de pdicatio finito vtz bñ seqt' h' ē nō albū q' nō ē albū qz ipossibile ē aliqd' eē sil' albū z nō albū

An' nō seqt' in reno s'z nō p'ces. q' in reno nō s'z p'ces q' ista pma regula ē falsa. **S**o' q' ibi nō arguit' a ppo ē de pdicatio ifinito sic' de regula s'z de subiecto ifinito qz nō p'ces nō ē ibi pdicariū sed subiectū.

Querit Utr' etiā valeat pñā ecōtra a negatiua de pdicatio finito ad affirmatiua de pdicatio ifinito. **S**o' q' nō qz nō seqt' nō ē lignū albū. q' ē lignū nō albū. **U**t rō ill' ē. qz de lapide ē vtz dicere. nō ē lignū albū tñ nō ē vtz dicere q' ē lignū nō albū qz nō ē lignū. **S**cdā pñā ē q' ad affirmatiaz de pdicatio finito seqt' negatia de pdicatio ifinito vtz bñ seqt' h' ē albū q' nō ē nō albū. **E**t q' bñ seqt' ibi p' qz oppositū pñ' nō p' stare cū aīte.


Querit Utr' valeat etiā pñā ecōtra a negatiua de pdicatio ifinito ad

Primi priorum

affirmativa de p̄dicato finito. So^o q̄ nō q̄ nō seq̄t. h̄ nō ē lignū nō albu^z
 ē lignum albu. q̄ de lapide est ver. dicere q̄ nō est lignū non albu. sed tñ
 nō est verum dicere q̄ est lignum album.

Quo se h̄nt ad se invicē affirmativa de p̄dicato finito z affirmativa
 de p̄dicato infinito. z negatia de p̄dicato finito z negatia de p̄dica
 to infinito. So^o phi q̄ p̄me due. s. affirmativa de p̄dicato finito z affirmati
 va de p̄dicato infinito nō p̄pariunt se nec possint eide sunl' in eē. q̄ q̄dāmō
 apponunt p̄dicatorie. S; alie due sez negatia de p̄dicato finito z negatia
 de p̄dicato infinito aliqñ p̄pariunt se z p̄nt qñq; eide in eē q̄ ille due nō op
 ponunt. Et totū istud qd̄ iā dictū ē p̄z oculariter in sequēt figura q̄ dz sic
 ordinari p̄formiter ad textum aristotelis.

Affirmativa de p̄dicato finito **N**egatia de p̄dicato finito.



Negatia de p̄dicato infinito **A**ffirmativa de p̄dicato infinito

Reparationes

Queritur Quò hñt se ppõnes de pdicatis puatuis ad p
positiõnes de pdicatis finitis. **Solutio** eodem
mò sicut ppõnes de pdicatis infinitis. vnde sumunt de eis due pñe. pma
est q ad affirmatiua de pdicato puato seqtur negatiua de pdicato finito
vr bene seqtur hoc est inuale ergo nò est equale. sed nò valet ecõtra q
nò seqtur hoc nò est equale. ergo est inuale. qz de nò entre est verz dicere
q nò est equale z tamè nò est verz dicere q sit inuale. **Seda** psequen
tia est ad affirmatiua de pdicato finito seqtur negatiua de pdicato puati
uo. vr bene seqtur hoc est equale. ergo nò est inuale. Sed nò valet ecõ
tra. qz nò seqtur hoc nò est inuale. ergo est equale. qz de nò entre est veruz
dicere q nò est inuale. z tñ nò est equale. Cñ posset hic eodè mò ordina
ri figura sicut statim ordinata fuit de pdicatis finitis z infinitis.

Querit Quò ppat pñs ppõnes de pdicatis finitis z ifinitz ad
inuicem in ordine ad eaz subiectũ sumptũ cũ signo vñ
Solutio de q vna pñ esse vera alia existente falsa z hoc siue subiecta sus
manz in plurali numero siue in singulari. **Exempli grã** vr iste negatiue de
pdicato infinito nò oia aialia sunt alba z nò omne aial est albũ sunt vere in
materis ptingenti. vbi iste affirmatiue de pdicato infinito. **Oia** aialia sñz
nò alba z omne aial est nò albũ sunt false. **Et** ergo inferz pñus q qz diffes
runt sic in veritate z falsitate etiam seqtur q differant inter se. **Et** sic parz
iterũ quod supius pbatum fuit sez q affirmatiua de pdicato infinito z ne
gatiua de pdicato finito non sunt idem sicut quidã tñ erronee asserbãt.

Querit Circa sedam prem capituli verz eodè modo possit syl
logisari ex terminis infinitis sicut ex finitis. **Solutio**
q sic. qz in eisdem modis z figuris in quibus fit syllogismus ex terminis
finitis potest etiam fieri syllogismus ex terminis infinitis dũmodo seruet
eadem dispositio pmissaz in qualitate z quantitate.

Ar Omnis ppõ syllogistica debet aliquid de aliquo affirmare vel ne
gare. sed ppõ de pdicato infinito nò affirmat vel negat aliqd de
aliquo. ergo videt q ex terminis infinitis nò pñ fieri syllogismus. minor p
bat. qz pdicatu infinitũ nihil ponit. **Solutio** sz pdicatum infinitum de
virtute sermonis nihil ponat fm rem. tamè ipm est aliqd infinitum. **Et**
ergo talis propositio affirmat vel negat aliquid de aliquo sez predicatum
de subiecto.

Queritur An affirmatiua de pdicato infinito possit eodez
modo syllogisari sicut negatiua de predicato fini
to. **Solutio** pñ q nò. **Et** ratio illius est. qz ppositiõnes que nò ides
significant nò possunt eodem modo syllogisari. sz ppositio affirmatiua de
pdicato infinito z negatiua de pdicato finito nò idem significant sicut pri
us ostensum est. ergo etiam nò possunt eodem modo syllogisari. vñ affir
matiua de pdicato infinito ex quo est affirmatiua syllogisatur in modis af
firmatiuis. sed negatiua de pdicato finito in modis negatiuis.

Primi priorū

Queritur Circa tertiā pte capituli Quot sunt regule pñaz
quas ponit hic phus in fine istius tractatus z li
bit.

Solutio q̄ quatuor. **Prima** regula est **Q** sic ad añs sequit
pñs z nō econtra. ita ad oppositum p̄sequentis sequit oppositum añtis z
nō ecōtra. vt bñ sequit si hō est aial est. ergo si aial nō est hō nō est. **Et** rā
tio istius regule est. qz opz q̄ ad oppositum pñtis sequat oppositū añtis vel
q̄ oppositum añtis possit stare cum opposito pñtis. sed scdm est impossibi
le. ergo ad oppositum p̄sequentis sequitur opposituz añtis. **Secūda** pbat
qz oppositum p̄sequentis repugnat pñti. z ergo etiaz repugnat añti quia
quicquid repugnat p̄sequenti etiam repugnat antecedenti.

Secūda regula est q̄ ad oppositum añtis nō sequit oppositum pñtis.
Et rō regule est qz oppositum añtis potest stare cum p̄sequente. ergo ad
oppositum antecedentis nō sequit necessario oppositū pñtis. **Hūis** pars ex
emplariter. qz nō sequit hoc est nō homo. ergo est nō aial. qz aīnus est non
homo z tamen nō est nō animal.

Tertia regula est q̄ oppositum pñtis nō p̄e stare cū añte. **Et** rō illius
est. qz oppositum pñtis repugnat pñti. vt dictū fuit. ergo etiam repugnat
antecedenti z per p̄sequens nō potest stare cum eo.

Quarta regula est q̄ oppositum añtis potest stare cum cōsequēte. **Et**
ratio illius est qz p̄sequens nō p̄uertit cum añte. z q̄ p̄uenit alicui cui non
p̄uenit antecedens z sic in illo saluat p̄sequens sine antecedente z per cōs
sequens oppositū añtis stabit cum pñte sed nō ecōtra.

Ar **V**idet q̄ ad oppositū añtis possit seq̄ oppositū pñtis. q̄ scda re
gula est falsa. **Hūis** pbat qz ad istud añs est hō sequit istud pñs
est aial. iā supponam q̄ sicut dixerūt antiq̄ q̄ eadē sit negatio pñtis z sui op
positi z sicut sit vna negatio añtis z sui oppositi tunc sicut ad añs sequit p̄
sequens ita ad oppositū añtis sequit oppositū pñtis sicut dedit phs in tes
tu p̄fras. **Solo** illa suppo antiquoz est falsa qua ipi supponebāt quā
si p̄ fundamēto q̄ eadē cēt negatio pñtis z sui oppositi z sicut añtis z sui op
positi. **Et** rō est qz due p̄pōes p̄dicione opposite nō p̄nt habere vnā p̄pōez
q̄ vtriq̄ equaliter p̄radicat. **Et** q̄ si neget pñs z suū oppositū vel añs et
suū oppositum nō est vna negatio sed plures quaz quelibet p̄radicat p̄
positū in qualitate sibi opposite.

Ar **B**ene sequit. si hō est risibile est. q̄ si nō hō est nō risibile est. q̄ vñ
detur q̄ ad oppositū añtis possit bñ seq̄ oppositū pñtis. z p̄ pñs
illa scda regula est falsa. **Solutio** q̄ licz ibi sequat hoc est q̄ materia
inquantū illi termini adinvice p̄uertunt. **Et** q̄ solet dici q̄ scda regula ee
quarta nō tenent in terminis p̄uertibilibz sed p̄ma z tertia tenent in oibz
Et tñ de p̄mo libro p̄p̄z reparatue sit dictum.

Reparationes

¶ **A** quantis ergo figuris et per quales et quot p
positiōnes et quādo et quō fit syllogismus. **A**m
plius autem ad que pspiciendum pstruēti et
destruēti et quomodo.

¶ Circa initium secūdi libri pri orum Aristotelis.

Queritur Primo de quo determinat in hoc libro. **Solu**
tio de potestatib; syllogismoꝝ et de quibusdā defe
ctib; incidentibus circa eas.

Queritur Que est rō ordinis istius libri ad pcedentē. **Solu**
tio. qz in pmo libro determinatū est de syllogis
mo simplr dico quo ad suā subam s; in hoc libro determinat de eo quo
ad et⁹ prietates. q; vocant hic potestates cū s; suba sit an prietates seq;
tur q; pimus liber pgrue pcedit istum.

¶ In eodē libro d; determinari de subiecto et eius prietatib; ergo
in pmo libro etiā fuisse determinatū de istis potestatib;. **Solu**
tio q; in eodē libro totali determinandū est de subiecto et⁹ prietatib; s;
nō opz q; hoc fiat in eodē libro prial.

¶ Quot tractatus h; iste liber. **Solu** tres in quoz pmo determi
nat de potestatib; syllog. In 2^o de defectib; incidentib; circa illa s;
Et in tertio de spib; argumentatōis minus pncipalib;.

¶ Primus tractatus

Querit Primo qd ē potestas in cōi. **Solu** ē qdā prietas fm
quā aliqd pr opari. vñ ois potestas d; ad aliquā opas
tionē ordinata. Et s; q; pria opario sylli est pcludere. Ideo d; habere di
uerfas potestates ad hoc diuisimode faciendum.

potestas syllo^m

Querit Ergo qd ē potestas sylli. **Solu** potestas sylli in pposito
Est qdā prietas sylli puenies sibi gra forme syllogistis
re valens ad veritat; ostensionē et fallitatis manifestatōem.

¶ Querit quot s; potestates
Solutio q; sex s; s;

¶ posse plura pcludere
¶ ex falsis vtz syllogizare
¶ circulariter syllogizare
¶ conuertive syllogizare
¶ ad impossibile syllogizare
¶ ex oppositis syllogizare

Et ptenent hec sex potestates syllabaltiter in hoc metro.

¶ Du. falsum. circū. puer. p impos. et oppo.

Secundi priorum

¶ **Q**uoniam lex syllogismorum sic etiam iste primus tractat? diuidit i lex ead
pictula. In primo capitulo determinat de prima parte que est posse plura concludere.

¶ Quid est posse plura concludere. Solo non est aliud quam eundem syllogismum
sic plures conclusiones inferre. Et illa est utilitas istius potestatis ut
seruetur ad quod unus syllogismus potest concludere plures conclusiones.

posse plura concludere?

¶ Conclusio est effectus premissarum. Item idem syllogismus non potest plures conclusiones
inferre. Quia tenet quod unus causa est cum uno effectus. **¶** Sed unus causa
est cum uno effectus prius et immediatus prius tamen bene esse plures effectus
subordinari quorum unus est immediatus et alij mediati.

Contra Conclusio est de essentia syllogismi. Item variata conclusione
etiam variat syllogismus. Sed syllogismus potest accipi dupliciter. uno pro
premissis et conclusione et sic verum est quod conclusio est de essentia syllogismi. et sic etiam unus
syllogismus non potest plures conclusiones inferre. Alio pro premissis tantum. et sic conclusio non
est de essentia syllogismi. et ita dicitur hic unus syllogismus posse plura concludere.

¶ Quot modis potest aliquid syllogismus plura concludere. Sed in generali du-

¶ Quot modis potest aliquid syllogismus plura concludere. **¶** Sed in generali du-

¶ Quot modis potest aliquid syllogismus plura concludere. **¶** Sed in generali du-

¶ Quot conclusiones potest quilibet syllogismus istis duobus modis concludere.

¶ Quot conclusiones potest quilibet syllogismus istis duobus modis concludere.
Solo syllogismus utilis affirmatiuus potest tres conclusiones concludere. scilicet prius
modo sua principalis vellem affirmatiua. Secundo eius conuerterentem scilicet particulari affir-
mantiua. Et tertio subalternam sue principalis conclusionis. Syllogismus utilis ne-
gatiuus potest quatuor concludere scilicet primo sua principalis conclusionem vellem negatiua
Secundo conuerterentem eius. tertio subalternam sue principalis conclusionis. Et quatuor
subalternam sue conuerterentis. Sed syllogismus particularis affirmatiuus solum duas
scilicet primo sua principalis particulari affirmatiua et secundo eius conuerterentem. Syllogismus
vero particularis negatiuus non potest nisi unam concludere. Et ratio patet ex dictis quia
nec habet conuerterentem nec subalternam.

Reparationes

Queritur Quot modis tringit plura pcludere variando pmissas. **S**olo duobz modis scz sumendo in la-
tus z sumendo in post.

Quere in latub

Queritur Quid est sumere in latub. **S**olo est sub medio
distributo sumere nouā minoz extremitatē q̄ est
collateralis hōi minoz extremitati. **E**xemplū si iste esset p̄mus syllogis-
mus. omne aīal ē sub a oīs hō est aīal. q̄ oīs hō est sub a. **E**t uncti sub illo me-
dio qd̄ est aīal sumat alia minoz extremitas scz asinus. **E**t arguat sic. omne
aīal est sub a oīs asinus est animal. ergo omnis asinus est substantia. **T**alis
sumptio d̄r in latub. qz illa noua minoz extremitas scz asinus est collateralit̄
se habens ad p̄mam scz ad hōiem. qz hō z asinus sunt sp̄s coequeue sub
eodem genere. **E**t in isto mō pcludendi plures pclusiones maior. p̄pō ma-
ner sed minoz variatur z s̄tr pclusio.

Quere in post.

Queritur Quid est sumere in post. **S**olo ē sub minoz ex-
tremitate q̄ ē subiectū pclusionis sumere aliā no-
uam minoz extremitatē. **E**xemplū vs̄ sic iste syllogismus. oē aīal ē sub
st̄ria oīs hō est aīal. q̄ oīs hō est sub a. **E**t sumat sub minoz extremitati
q̄ est hō. alia minoz extremitas scz risibile. **E**t arguat sic. oīs hō est aīal oē
risibile ē hō. q̄ oē risibile est aīal. talis sumptio vocat̄ in post. **E**t variantur
ibi ambe p̄misse sed manet tamē eadē maior extremitas.

At **E**t illo seq̄ret q̄ isti duo modi scz sumptio in post z in latub non
valerent ad ostendendū q̄ vnus syllogismus possit plura pcludere. **S**e-
quela pbat. qz p̄misse ibi variant. scz variatis p̄missis nō manet idē syllogis-
mus q̄ fuit p̄us. **S**olo licz in subsumptōe q̄ fit in post vel in latub nō manet
idem syllogismus formalit̄ q̄ fuit p̄us p̄ter hoc. qz p̄misse variant vt pbat argu-
mentū. tñ bñ manet idē syllogismus virtualit̄. qz sp̄ manet maior. p̄pō vel ad m̄-
nus maior extremitas in qua est virtute totus syllogismus.

Querit̄ **E**t oēs syllogismi indifferēter possunt plura pcludere
faciunt hoc syllogismi vles z p̄cularares. **E**t itez differēter syllogismi
vles p̄me figure z vles syllogismi scdē figure.

Queritur Quā differēter syllogismi vles p̄me figure z scdē
p̄nt plura pcludere sumendo in post z in latub. **S**o-
lutio q̄ syllogismi vles p̄me figure p̄nt vtroqz mō plura pcludere scz sumendo
in post z etiā in latub. **E**t hoc satis patz ex exemplis iā sup̄ius posit̄is. **S**i
syllogismi vles scdē figure solū p̄nt plura pcludere sumendo in post. s. sub
minoz extremitate z nō sumendo in latub. **E**xempli gr̄a sic iste syllogismus in-
cessare. nullus lapis est aīal. omnis homo est animal. ergo nullus homo est
lapis. bene sequitur sumendo sub homine risibile sic arguendo. nullus la-
pis est animal. omne risibile est animal. ergo nullū risibile est lapis.

Queritur Quare syllogismi vniuersales secunde figure nō
possunt plura concludere sumendo in latub sicut
syllogismi vniuersales prime figure. **S**olutio. quia sumere in latub
est sumere sub medio vt prius patuit. sed sub medio in secunda figura

Secundi priorum

nihil potest sumi quod medium in secunda figura est semper predicaturus. In prima autem figura medium est semel subiectum et ergo secunda figura non potest plura concludere sumendo in latius sed bene prima.

Queritur. Quare syllogismi particulares possunt etiam aliquo istorum modorum plura concludere. **Solutio.** Quod sic se habet sumendo in latius tunc hoc est sub medio sed hoc tamen non fit evidenter. ut dicitur philosophus quod neutra premissarum tunc est demerata seu conclusa per hoc syllogismum.

Queritur. Quare non possunt plura concludere sumendo in post. **Solutio.** Philosophus quod ideo quod sumptio in post fit sub minori extremitate ut dictum fuit prius. quod ergo illa est subiectum conclusionis in syllogismo particulari ideo non potest sub ea fieri subsumptio. quod sub particulari nunquam potest fieri subsumptio.

Secundum capitulum

Est autem sic se habere ut vere sint propositiones per quas fit syllogismus. Est autem ut falsae.

In hoc secundo capitulo philosophus determinat de secunda potestate que est ex falsis verum syllogizare.

Queritur. Quot modis potest variari premissa penes verum et falsum et quot modis conclusio. **Solutio.** Quod premissa variantur quatuor modis. quod vel sunt ambe vere vel falsae vel maior vera et minor falsa vel e contra maior falsa et minor vera. Sed conclusio variatur solum duobus modis vel est vera vel falsa.

Queritur. Quot modis verum et falsum potest parari ad se invicem in secundo. **Solutio.** Quod quatuor modis. quod vel verum sequitur ex vero. vel falsum ex falso vel falsum ex vero vel e contra verum ex falso. Et quod de duobus primis modis quos supra ex vero sequitur verum et ex falso falsum satis dictum est in primo libro restat solum hic videre de duobus ultimis modis scilicet. An ex vero possit sequi falsum et an ex falso possit sequi verum.

Queritur. An ex veris possit sequi falsum. **Solutio.** Philosophus quod non. Et hoc probat tali ratione. quod si ex veris posset sequi falsum tunc duo contradictoria staret simul in veritate sed hoc est contra veritatem primi principii ergo. Sequela probatur. quod si sic arguatur hoc est. ergo aial est. et dicatur illa sit falsa aial est tunc opposita eius erit vera sed non aial est ad quam sequitur non homo est. si ergo illa sit vera et etiam ista ut supponitur hoc est sequitur quod duo contradictoria scilicet hoc est et non hoc est sint simul vera. **Aristoteles.** tamen in textu non videtur terminis fecit utriusque scilicet litteris scilicet a et b.

Sed queritur aliquis ex quo non possit hic nisi unus terminus in ante. verum ex uno possit aliquid sequi syllogistice. Ad hoc dicit philosophus quod non quod conclusio syllogistica non potest sequi nisi ex tribus terminis et duabus premissis. **Aristoteles.** tamen positum sufficit ad ostendendum quod ex vero non potest sequi falsum.

Queritur. An ex falsis possit syllogizari verum vel vera conclusio. **Solutio.** Philosophus quod sic.

Ad. Non ens non potest esse causa entis sed falsum est non ens. ergo non potest esse causa veri quod est ens et per premissa premissa falsae non possunt esse causa verum.

Reparationes

re conclusionis. **S**olutio q non ens non p̄ se esse cā entis. s̄ bñ aliquo modo p̄ accūs. **E**t ita p̄misse false p̄ se inq̄rum false sunt nō sunt cā ves re cōclusionis s̄ p̄ accūs inq̄rum s̄z habēt in se aliquid entis graria sue materie dispoſite in mō z in figura. **E**t dar dñs **Albert** pulchū sile in numeris. **H**ā duonūci impares sunt caula nūeri par̄ qz p̄stiterūt numerum parē non tñ p̄ se inq̄rum ipares sunt s̄z p̄ accūs inq̄rum in eis est materia nūeri paris. **E**t sic etiam est in p̄posito

Alter. **E**x veris non p̄r syllogisari falsum. vt paruit. ergo ex falsis etiaz non p̄r syllogisari verū. p̄na p̄bat a sili. **S**o^o q nō est sile. **E**t rō altus est qz verū nūq̄ includit falsum neqz formaliter neqz materialiter. s̄z falsuz. **H** bñ includit aliqñ verū materialit̄ vt iam dictū fuit. **E**tia qñ ex falsis inferitur verū tunc non sequit̄ hoc inēdueniēs qd sequit̄ s̄z ver̄ inferret falsum. **E**t ergo non est simile.

Queritur. **Q**uō docet. p̄r falsis syllogisare verū. **S**olo docet hoc p̄ ordinē in diuersis figuris. **P**rimo in p̄ma figura. sc̄do in secūda figura z tertio in tertia figura. **I**n p̄ma figura docet hoc dupl̄r. p̄mo in modis vniuersalibz. **S**ecūdo in modis p̄ricularibus. **I**n modis v̄l̄bz docet iterū dupl̄r. p̄mo qñ p̄misse sunt in toto false et sc̄do qñ p̄misse sunt in p̄te false.

Querit̄. **Q**ñ aliqua p̄p̄o p̄missa d̄z in toto falsa z qñ in p̄te falsa. **S**olutio tunc dicit aliq̄ p̄p̄o in toto falsa qñ sua p̄traria est in toto vera. vt ista. om̄is hō est alinus est in toto falsa. qz contraria sua s̄z ista nullus hō est alinus est in toto vera. **E**t p̄ oppositum etiam p̄p̄o dicitur in toto vera qñ p̄traria sua est in toto falsa. **S**ed tūc p̄p̄o d̄z in p̄te falsa qñ cōtraria sua est in p̄te vera. **E**xemplū. v̄r̄ ista. **O**mnis hō est albus est in p̄te falsa. qz sua p̄traria s̄z nullus hō est albus est in p̄te vera. **E**t p̄ oppositum etiam p̄p̄o aliqua d̄z in p̄te vera cuius p̄ria est in p̄te falsa. **E**t circa h̄ notandū est q̄ ista distinctio solū habet veritatē in vniuersalibz p̄p̄onibz. **N**ō autē in p̄ricularibz. qz p̄riculares p̄p̄ones nō sunt in p̄te vere vel false. s̄z vel simpl̄r vere vel simpl̄r false.

Querit̄. **A**n ne possit haberi aliqua generalis regula ad sciēdū quō ex falsis p̄r syllogisari verū in q̄libet figura. **S**o^o q sic. **E**t est ista. **O** in oibz figuris z modis p̄r syllogisari verū ex falsis s̄z vt ante p̄misse sunt false siue altera tm̄ siue in toto siue in p̄te dūm odo maior nō ponat in tota falsa z minor in p̄te falsa vel in toto vera in duobz modis v̄l̄bz p̄me figure s̄z barbara z celarent. **E**t istud posset ostendī exemplariter in singulis modis s̄z qz diffuse exempla h̄ntur in cōmento z satis plane. ergo queratur ibi.

Querit̄. **Q**ue est rō q maior existente in toto falsa z minore in p̄te falsa v̄l̄ in toto p̄a nō p̄r seq̄ vera. p̄ctō in barbara z celaret. **S**olo qz ralis v̄nto p̄missa z iplicat̄ d̄dictōem s̄z ex p̄missis iplicat̄ n̄bz. **D**icit̄ oēs nō p̄r seq̄ vera. **C**elatio. **M**aior p̄z p̄mo in barbara. qz si in barbara maior esset in toto falsa tūc maior extremitas nō p̄ueniret vere alicui cōrēto sub medio z si maior p̄p̄o esset vera tūc mediū vere dicit̄ d̄z minore extremitate subsumpta z p̄tenta sub medio. **E**t s̄z si p̄clusio etiā poneret verā ita

Secundi priorum

q maior extremitas vere diceret de minore extremitate tunc maior extremitas que non ueniret vere alicui pnto sub medio in maiore ueniret alicui pnto sub eo. s. minori extremitati in cōclusionone z sic est manifesta cōtradictio in tali syllo. Et hoc patet exemplariter in hoc syllo. *Omne aial est lapis. omnis homo est aial. qz non sequit vere. ergo ois homo est lapis.* s. necesse est illa cōclusionone esse falsam. Et sicut modo patet etiam ostendi de Celare.

Querit *Utrum falsum sequat ex veris ppter qd z necessario seu causaliter.* **Solo** phi qz non solum qz z ptingenter. Et hoc pbat in effectu tali rōne. Ad idē aīns affirmatiū z negatiū nō sequer idem pns. s. pmissis affirmatiue habet se ut aīns affirmatiū z pmissis negatiue ut aīns negatiū. ergo ad pmissas veras et falsas nō sequit eadē cōclusionē. s. ad pmissas veras sequitur necēario z causaliter cōclusio vera. s. ad pmissas falsas non potest necēario z cōcliter sequi cōclusio vera. Et psequēsis si sequat aliquā cōclusio vera ad pmissas falsas hoc erit solū ptingenter z p accis. Maiorē istius rōnis pbat pbs sic. qz si ad idē aīns affirmatiū z negatiū sequeret necēario idē pns tunc ad unū oppositorū seu contradictorū sequeret reliquū quod est impossibile. Et hoc ostendit pbs exemplariter in littera

De Ad qd est ista secūda pās syllogismorū vtilis. **Solo** ad cōgnoscēdum qz ex veritate cōclusionis non potest inferri veritas pmissarū. imo si ex veritate psequeris inferatur veritas aīntis vel pmissarū pmitit fallacia pntis. ut dicit in libro elenchorū

Capitulum tertium.

Circulo autem et ex se inuicē ostendere est p conclusionem et econuerfo predicationem alterā sumentem zc.

In tertio capto determinat pbs qz de tertia pte qe est circulariter syllogare.

Querit *Utrum possibile sit circulariter syllogizare.* **Solo** qz sic. **Arguit** pbs dicit pmo posteriorū qz non ptingit circulariter demrāre. s. etiam nō ptingit circulariter syllogizare. pna tenet a similit. **Solo** qz nō est sile. qz plus requirit ad demōstrationē qz ad syllogismū simplr dem. qz ad demōstrationē requirit qz pmissis sine pōres et notiores cōclusionē sim pnt s. hoc nō requirit ad syllogismū. Vel ddm qz nō ptingit circulariter demōstrare manēdo in eodem genere cognitionis sed bene in diuersis

Ar In syllo circulari pmitit pteritio pncipij. s. nō ptingit circulariter syllogare. Aīns pbat qz pcedit ab eodē ad idē. **Solo** licz in syllo circulari pcedat ab eodē ad idē fm rē non tñ fm modū. ergo in eo non cōmittit pteritio pncipij.

De Quid est circulariter syllogizare. **Solo** ē ex cōclusionē pōris syllogismi cū querente alicuius pmissarū inferre aliam pmissam non cōuertam. **Exempli gratia** sic iste prior syllogismus in barbara. *Omne aial rationale est rōale. Omnis hō est aial rōale. ergo ois hō est rōale.* Ex cōclusionē illius syllogismi cum querente minoris potest inferri ma

Circulariter
syllogizare.

Reparationes

lor sic arguendo. oē aīal rōnale est risibile. oē aīal rōnale est hō. ergo oīa aīal rōnale est risibile. sīr etiam ex cōclusionē cū puercente maioris potest inferri minor sic arguendo. oīe risibile est aīal rōnale oīs hō est risibilis. g omnis homo est animal rationale.

Querit De qua puerfione loquitur p̄hs qñ dicit cū cōuertere alicuius p̄missaz. **S**o^o de puerfione simplici. s̄ hoc **Arguit**. Et illo sequeret q̄ in barbara non posset fieri syllogismus puerfius. Sequela probat. qz barbara constat ex puris vniuersalibus affirmatiuis que non possunt simpliciter puerri. **S**olutio licet p̄p̄nes v̄tes affirmatiue nō possint cōuerri simpliciter in terminis i puerribilibz tamē quando sunt p̄stitute ex terminis puerribilibz tūc bene possunt simpliciter puerri. Sicut est bona puerfio. **O**mne aīal rōnale est risibile. ergo omne risibile est animal rationale.

Queritur Ergo in quibz terminis habet fieri syllogismus circularis. **S**olo in terminis cōuerribilibz s̄ saltem debeat esse verus. qz al̄s p̄missis non possunt semp cōuerri simpliciter quod tamen requiritur ad syl̄m circularē vt patuit **Contra**. Et illo sequeret q̄ syllogismus circularis non esset formalis p̄na. Sequela p̄z qz non tenet in omnibz terminis sed solū in terminis puerribilibz. **S**olo nō est absolute necariū syl̄m circularē p̄cedere ex terminis puerribilibz. imo potest fieri in oībz terminis. Sed supposito q̄ debeat cōuerri tunc solum fit in terminis puerribilibz sicut dictum est.

Querit Quō docet p̄hs circulariter syllogizare. **S**olo docet h̄ diuersimode in diuersis figuris. p̄mo in prima figura. secūdo in secūda. et tertio in tertia. In prima figura docet dupl̄ scz p̄mo in modis vniuersalibz barbara et celaret. z secūdo in modis p̄cularibz.

De Quō docet syllogizare circularit̄ i barbara. **S**o^o d̄t q̄ i barbara vtraqz p̄missaz scz tā maior q̄ minor pot̄ syllogizari circulariter qz ex cōclusionē p̄oris syllogismi cū puertere minorz infer̄ maior z ex cōclusionē cū puertere maioris infer̄ minor. Et de hoc exemplū habitū est circa definitionē eius qd̄ est circulariter syllogizare.

Queritur Et quo puerrens maioris z minoris in tali syllogisarōne circulari assumunt z non sunt demonstrate vel syllogizate. **A**n ille etiā possint circulariter syllogizari. **S**olo p̄hi q̄ sic qz ex puerrente cōclusionis prioris syllogismi posita p̄ minore et minore posita p̄ maiore syllogizatur puerrens maioris. **E**t ex puerrente eiusdem cōclusionis posita p̄ maiore z maiore posita p̄ minore syllogizatur conuertens minoris.

De Tūc iterū. **E**t quo illa puerrens cōclusionis que ibi assumit etiā est in demonstrata z in syllogizata. **A**n illa etiā possit circulariter syllogizari. **S**o^o p̄hi q̄ sic. qz ex puerrente minoris sumpta p̄ maiore z conuertente maioris sumpta p̄ minore infer̄ illa puerrens cōclusionis. Et rōn̄ istud p̄t facilius p̄acticari in exēplo sup̄ius posito. **E**n̄ ex istis patet quā in barbara oīa possunt circulariter syllogizari.

¶ Secundi priorū

Queritur Quō syllogisat circulariter in celaret. **Solutio** in celaret maior p̄ syllogisat circulariter. h̄ minor nisi impfecte. p̄mum p̄z sic. q̄z ex p̄clusionē p̄oris syllogismi cū conuerrente minoris inferat maior. **Exempli gratia** sit iste syllogismus in celare nūllū aīal rāōnale est asinus. oīs hō est aīal rāōnale. ergo nullū hō est asinus. Tunc arguit circulariter sic. nullus hō est asinus. oē aīal rāōnale est hō. ḡ nullū aīal rāōnale ē asinus? z illa p̄clusio fuit maior syllogismi p̄oris

Queritur Quō ostendit scdm sez q̄ minor in celaret nō p̄ p̄fecte syllogisat circulariter. **Solutio** q̄z si minor de celarent posset p̄fecte circulariter syllogisari. tunc syllogisaretur per p̄clusionē que est vniuersalis negatiua z per p̄uertentē maioris ḡ etiā est vniuersalis negatiua. z sic ex puris negatiuis inferretur p̄clusio affirmatiua quod est impossibile. z ergo nō potest minor p̄fecte syllogisari circulariter licet impfecte possit.

Queritur Quō hoc debet intelligi q̄ illa minor p̄ imp̄fecte circulariter syllogisari. **Solutio** hoc d̄z sic intelligi q̄z ad syllogisandū illā minore oz maiore p̄oris syllogismi primo p̄uertere simplr. z tūc resolvere p̄uertentē illius maioris in vnā hypoteticā. **Exempli gratia**. Si iste esset syllogismus in celarent. nullū b est a. oē c est b. ḡ nullū c est a. tūc ad syllogisandū circulariter illā minore ḡ est om̄e c est b. opz p̄is mo maiore p̄uertere simplr. hoc mō nullū b est a. ḡ nullū a est b. z tunc resolvere illā scdm q̄ est p̄uertens in vnā hypoteticā sic. Cui nulli inest a illi om̄i inest b z illā ponere p̄ maiore z tunc p̄clusionē p̄oris syllogismi p̄ minore. z tunc sequitur minor p̄oris syllogismi. sic arguendo. Cui nulli inest a illi om̄i inest b. nulli c inest a. ergo oī c inest b. **Sz** iste modus syllogisandi est imp̄fectus. q̄z nō tenet in virtute dici de om̄i vel dici de nullo sed in virtute istius p̄ditionalis si ab aliquo remoueat vnū q̄ statim inferat reliquum vt si nō est homo est nonhomo.

Queritur An ergo talis syllogismus quo d̄z. Cui nulli inest a illi om̄i inest b z c. sit in aliquo modo z in aliqua figura. **Solutio** q̄ nō est in aliquo modo. q̄z nō est syllogismus ostensiuus sed magis hypoteticus. **Sed** est bene in aliqua figura. vñ iste syllogismus de quo hic fit mentio fm̄ disp̄ōem terminoz. p̄pōnis est in p̄ma figura. licet respiciendo ad subiectum prime partis illius hypoteticę possit dici in tertia figura.

Queritur Quō docet p̄hus syllogisare circulariter in modis particularibus prime figure scz in darij z ferio. **Solutio** dicit q̄ in illis duobus modis maior que est vniuersalis non potest circulariter syllogisari. **Et** ratio illius est. q̄z si sic tunc syllogisaretur per p̄clusionem que est particularis z per p̄uertentē minoris que etiam est particularis. z sic argueretur ex puris particularibus quod fieri nō potest. **Sed** minor que est particularis affirmatiua illa potest bene syllogisari circulariter sed differenter. quia minor de darij potest p̄fecte syllogisari

B i

Reparationes

fari ex p̄clusionione poris syllogismi cum p̄uertente maioris. Sed minor de ferio nō p̄t syllogisari nisi imp̄fecte sc̄z resoluēdo p̄uertente maioris in vna h̄ypotetica sicut dictum est in celarent.

Queritur Quō docet p̄hus circulariter syllogisare in sc̄da figura? **Solutio** primo docet hoc in modis vniuersalibus. sc̄do in modis particularibus.

Queritur Quō debet syllogisari circulariter in modis vniuersalibus. sc̄z celare z camestres? **Solutio** dicit p̄hus q̄ vniuersalis affirmatiua in illis nō potest circulariter syllogisari. Et ratio est. q̄ vniuersalis affirmatiua nō potest cōcludi nisi ex duabus vniuersalibus affirmatiuis sed in sc̄da figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. Sed vniuersalis negatiua potest bene in eis circulariter syllogisari. sed differenter tamē in celare z camestres. q̄ in camestres ex p̄uertente maioris z p̄clusionione inferitur minor in p̄pria forma in eadem figura z in eodem modo. Sed in celare ex p̄clusionione z p̄uertente minoris inferitur maior nō in p̄pria forma nec in eadem figura aut modo s̄z in sua p̄uertēte in celarent.

Queritur Quō syllogisat circulariter in modis particularibus sc̄da figure sc̄z in festino z baroco? **Solutio** dicit p̄hus q̄ in illis nō potest p̄missa vniuersalis circulariter syllogisari. q̄ tūc ambe p̄missae fierent p̄culares quod esse nō potest. Sed p̄missa p̄cularis bene potest syllogisari sed differenter. q̄ in baroco ex p̄clusionione prioris syllogismi cum p̄uertente maioris inferitur minor in p̄pria forma z in eodem modo. Sed in festino ad syllogisandū circulariter minorem que est p̄cularis affirmatiua. oportet resolvere maiorem sine p̄uersione eius in vna h̄ypoteticam z tunc ponere p̄clusionionē p̄ minore sic. Qui nulli inest lapis illi omni inest animal. Sed alicui homini nō inest lapis. ergo alteri homini inest animal. Illa em̄ p̄clusio est minor: isti syllogismi directi in festino. nullus lapis est animal quidam hō est animal ergo quidam hō nō est lapis.

Queritur Quō docet p̄hus circulariter syllogisare in tertia figura? **Solutio** dicit q̄ in modis vniuersalibus bus tertiae figure sc̄z darapti z felapton neutra p̄missarum potest circulariter syllogisari. Et ratio illius est q̄ p̄clusio in eis est p̄cularis z ergo ex p̄clusionione sumpta cum vna p̄missarum nō potest inferri alia p̄missa. q̄s alis vlt̄ syllogisaret ex p̄culari qd̄ fieri nō potest.

Queritur Utrum tunc in modis particularibus tertiae figure potest syllogisari circulariter? **Solutio** p̄hus q̄ p̄missa vniuersalis in eis nō potest circulariter syllogisari p̄ter causam prius dictam. sed particularis bene. sed differenter. quia in darapti z baroco ex p̄clusionione z p̄uertente minoris inferitur maior in p̄pria forma sed in darapti z ferison nō potest inferri p̄missa particularis in p̄pria forma. quia in darapti ex conclusionē z p̄uertente maioris non sequitur minor sed tantum conuertens minoris z ad illam p̄sequenter per p̄uersionē simplicem sequitur minor in p̄pria forma. Et in ferison ex p̄uertente maioris resoluēda in vnam h̄ypoteticam z p̄clusionionem syllogisatur minor in for-

Secundi priorū

in sue conuerrentis et alias nō quō autem debeat maior conuerti et resolui in vnam hypotheticam satis patet ex dictis circa celarent secundum modum prime figure.

Queritur Quorū correlaria inferit p̄hus ex dictis. **Solutio** Quatuor. **Primum** est q̄ p̄missa syllogismorum prime figure syllogisantur circulariter per primam vel tertiam figuram. Nam quando conclusio est affirmatiua tūc fit ostensio per primam figuram. Sed quando conclusio est negatiua et p̄missa affirmatiua syllogisatur. tunc fit ostensio per tertiam figuram. quia tunc fit resolutio in vnam hypotheticam que ex parte subiecti prime partis sue facit dispositionem tertie figure vt prius dictum fuit.

Secundum correlarium est q̄ in syllogismis vltimo sede figure ostensio fit p̄ primā sedāz vlt̄ tertiā figurā s̄ in syllogismis p̄cularibz t̄m p̄ sedāz et t̄riā.

Tertium q̄ in syllogismis tertie figure nō fit ostensio nisi p̄ tertiā figurā. **Quartū** correlariū. q̄ syllogismi circulares in secūda et tertiā figuris q̄ nō fiunt per eandem figuram sunt oēs imperfecti circuli qz in eis ex conclusione et p̄uertente vnius p̄missarum non inferitur altera p̄missa in propria forma. sed in forma sue p̄uertētis sicut patuit in celare et darisi.

Querit Ad quid est ista tertia potestas vtilis. **Solutio** ad p̄bandū quālibet p̄missarum et vt nihil in syllogismo maneat indemonstratum.

Quartū capitulum.

Conuertere autē et trāspōnētē cōclusionē facere syllogismus. In hoc capitulo determinat p̄hs de quarta potestate, syllogismorum que est conuersiue syllogizare.

Queritur Quid est conuersiue syllogizare. **Solutio** est ex opposito conclusionis cum vna p̄missarum inferre oppositum alterius p̄missę. Et sic etiam definitur syllogismus conuersiuus. q̄ syllogismus conuersiuus est q̄ ex opposito conclusionis cum vna p̄missa inferre oppositum alterius p̄missę. et vocatur conuersiuus nō a conuersione in terminis sed qz fit conuersio conclusionis et alterius p̄missarum in oppositam qualitatem.

Querit Quid intelligit ibi p̄ oppositū qm̄ d̄r ex opposito conclusionis. **Solutio** oppositū p̄radictoriū vel p̄trarium qz aliqui in syllogismo conuersiuo sumit oppositū p̄radictoriū conclusionis aliqui p̄trariū et sub p̄trario intelligit hic etiā subcōtrariū. **Ex** tñ est vt d̄r p̄hs. **Ex** multū refert in syllogismo conuersiuo sumere oppositū p̄radictoriū vel sumere oppositum p̄trarium. qz nō fit idem syllogismus conclusio ne sic vel sic conuersa vt patebit in sequentibus.

Q̄ Vbi d̄r oppositū conclusionis ponit in syllo conuersiuo vtz s̄z in loco maioris vel in loco minoris. Solo q̄ oppositū conclusionis d̄r s̄z ponit in loco p̄p̄is interimēde. ita q̄ si maior. p̄p̄is syllo sit interimēda oppositū conclusionis ponat in loco maioris et sumat cū minore. et si minor

Reparationes

fit intermedia oppositum conclusionis sumat cum maiore

Queritur Quot modis potest fieri syllogismus uersus
Solutio duobus modis. vno nō sumendo
oppositum contrarium conclusionis p altera premissaz. Alio modo sumendo
oppositum contradictorium p altera pmissaz

Queritur Quō fit syllogismus uersus sumendo oppo
situm contrarium conclusionis. Solutio fit solum
in modis vltibus pme z scde figuraz ad minozē. inferendo scz ex opposito
contrario conclusionis cum maiore oppositum contrarium minoris. Exemplū
vt fit iste syllogismus in barbara. omne aial est substātia ois homo est aial
ergo omnis homo est substātia. tunc ex opposito contrario conclusionis quod
est nullus hō est substātia cū maiore inferetur oppositum minoris illius syl
logismi sic arguendo in camestres. omne aial est substātia nullus hō est sub
stantia. ergo nullus hō est aial. z pari mō p̄t exemplificari in celarent cesa
re z camestres. Nā minor de celarent syllogizat uersue in cesare z minor
de cesare ecōtra in celarent minor vero de camestres in barbara.

Querit Utrq maior possit etiā uersue syllogizari in illis mo
dis vniuersalibus. Solutio p̄bi q nō. Et rō gene
ralis ad hoc est qz si maior in illis syllogizaret uersue tunc opereretur syllo
gismū talē uersiuū fieri in tertia figura. sed in tertia figura nō p̄tcludi
contrariū maioris qz in tertia figura nōcluditur nisi p̄culariter.

Qr Utrq syllogismus uersus possit etiā fieri in modis p̄culari
bus sumendo oppositū contrariū conclusionis. Solutio p̄bi q nō
qz in nullo mō p̄culari cuiuscūqz figure p̄t aliq̄ pmissaz uersue syllogi
zari vel interiri. Et rō generalis ad hoc est qz vel inferretur contrariū p̄miss
se vltis vel p̄missē p̄cularis. Nō p̄t dici q inferretur contrariū p̄missē vni
uersalis qz tūc vlt̄cluderet ex p̄culari qd fieri nō p̄t. Nec etiā p̄t dici q
inferretur contrariū p̄missē p̄cularis qz vnum contrariū p̄colare non interi
mit aliud. quia due contrarie p̄culares hoc est due subcōtrarie stans
simul in veritate.

Qr Quō fit syllogismus uersus sumendo oppositum contradic
torium conclusionis. Solutio ille p̄t fieri in omnibus modis et
figuris. qz in quolibet modo cuiuslibz figure ex opposito contradictorio cō
clusionis cum vna pmissaz potest inferri oppositum contradictorium alter
ius p̄missē tam maioris q̄ minoris dēptis duobus scz darapti z selap
ton in quibus nō inferetur oppositum contradictorium scz contrarium maior
ris vel minoris. Et ratio generalis ad hoc est. quia in omni bona sequē
tia ex opposito contradictorio sequentis potest inferri oppositum antecede
tis. ergo in quolibet modo etiam cuiuslibz figure ex opposito contradic
torio conclusionis potest inferri oppositum vel ad minus contrarium cuius
liber p̄missē.

Nā In syllogismo uersuo ex opposito contradictorio sequentis nō
inferretur oppositū contradictoriū ant̄ris. q̄ syls uersiuū nō ē bonū syllog.

Secundi priorum

Ans pbat. qz inferri solū oppositū vnius premisse s; vna premissa non est
torum añs in syllogismo. **S**olo q toruz añs in syllogismo pstatutū ex
duab; premissis habet se p modum totius copulatiui s; destructa vna p
te totius copulatiui totum destruitur. ergo etiam destructa vna premissa
destruitur totum añs in syllogismo.

Querit In qua figura debet esse syllys pueriusus q̄ ex opposito
peradictorio p̄clusionis sic interimat maiorē vel minorē
rem prioris sylly. **S**olo pbi q̄ ad interimendū maiorē alicuius sylly pri
me figure oportet syllogismū pueriuum esse in tertia figura. et ad interis
mendū minorē in p̄ma figura oportet eū esse in secūda. **Et** rō istius ē qz
oppositū p̄clusionis syllogismi p̄me figure z minor z ueniūt in subiecto s;
talis p̄uentia facit dispōem tertie figure. s; oppositū p̄clusionis syllogis
mi p̄me figure z maior z ueniunt in p̄dicato z talis p̄uentia facit dispōs
itōem sc̄de figure. **Et** ergo ad interimēdum maiorē in p̄ma figura opoz
ret syllogismū pueriuum esse in tertia figura. s; ad interimēdū minorē
oportet eum esse in secūda.

Querit In qua figura debet esse syllogismus pueriusus ad in
terimendū maiorē vel minorē in sc̄da figura. **S**olo
ad interimēdū maiorē alicuius sylly sc̄de figure oportet syllym pueriuum
esse in tertia figura. **Et** ad interimendū minorē oportet eū esse in p̄ma fig
gura. **Et** ratio est. qz oppositū p̄clusionis sylly sc̄de figure z minor z ueniūt
in subiecto. z q̄n ex eis inferri maior fit dispō tertie figure vbi mediū bis
subiicit. s; oppositū p̄clusionis tal' sylly z maior faciūt dispōez p̄me figure

Querit In qua figura debet esse syllys pueriusus ad interimē
dum maiorē vel minorē alicuius sylly in tertia figura.
Solo q maior sylly tertie figure interimis p̄ syllym pueriuū factū in p̄
ma figura. **Et** minor p̄ syllym factū in secūda. **Et** rō est eadem q̄ dicta est
qz s; oppositū p̄clusionis sylly tertie figure z minor faciūt dispōem p̄ime
figure. s; oppositū p̄clusionis z maior z ueniūt in p̄dicato z faciūt dispōez
secunde figure.

Dr Ad qd est ista potestas s; pueriue syllogizare vtilis. **S**olo va
let ad oñdendū p̄nam p̄oris sylly esse necessariam et formales.

Quintum capitulum.

Per impossibile aut syllogismus ostenditur qñ quidē cō/
tradictio ponit et assumitur aliqua propositio

In hoc q̄nto caplo determinat p̄bus de quinta potestate syllog; que est
p impossibile syllogizare. **Et** diuidit in duas pres. In p̄ma docet p̄ ipossi
bile syllogizare. **Et** in sc̄da p̄par syllym p̄ ipossibile ad syllym ostensiuū

Querit Quid est p̄ ipossibile syllogizare. **S**olo est ex opposito
peradictorio p̄clusionis. p̄bande eū vna premissa mani
feste vera inferre cōclusionē manifeste falsam. ex cuius falsitate fit reductio
ad interimendū oppositū p̄clusionis probande. et ex p̄nti ad p̄bandū p̄clu
sionē p̄ncipaliter intentā. **Ex**pli gratia. si ista sit p̄clusio p̄banda quida;

Reparaciones

homo non est asinus. Et sic negata a pteruo rñe tñc capiat eius p̄tradi-
ctoria. scz ois hō est asin⁹ cū vna alia manifeste vera. ⁊ syllogisef sic. Omnis
asinus est irrationalis. ois hō est asinus. q̄ ois hō est irrōnalis. Illa p̄clusi-
o est falsa. ergo aliqua p̄missariū. Non maior ergo minor ⁊ p̄ ois si mior
est falsa tunc cōtradictoria ip̄ius est vera q̄ est conclusio probanda scz ista
quidā homo non est asinus.

Querit uor p̄cessus s̄z in syllogismo ad impossibile. **Sol**
quatuor p̄iales processus. Primus est syllogisticus et
ostensiuus ab opposito p̄clusionis. p̄bande cū vno manifeste vero ad p̄clu-
sionē manifeste falsam. Alij vero tres sunt enthymematici ⁊ reflectui. Quā
p̄mus est a falsitate p̄clusionis ad falsitatem alicuius p̄missarū. tertia qñ de
non maior. ergo minor. vel eōtra. quartus quā dō si maior est falsa tñc
p̄radictoria ip̄ius que fuit conclusio. p̄banda est vera

De utrū syllogismus ad impossibile sit distinctus a syllogismo cō-
uersiuo. **Sol**o p̄hi q̄ sic. Et ratio illius est. qz syllogismus con-
uersiuus semp̄ p̄supponit aliquem syllogismū prius factum ex cuius cons-
clusionis opposito cū vna p̄missariū inferri oppositum alterius p̄missariū
prius patuit. Sed syllogismus ad impossibile non p̄supponit necessario
aliquem syllogismū prius factum. quia non requirit conclusionem necessa-
rio syllogisatam. s̄z sufficit sibi q̄ sit syllogisata vel syllogisanda. Secūdo
etiam extra textum sic dicit. qz syllogismus ueriusus procedit taz ex op-
posito p̄trario q̄ p̄radictorio p̄clusionis. s̄z s̄lls ad impossibile solū p̄ces-
dit ex opposito p̄radictorio. Et rō illius dñe est. qz syllogismus ueriusus
ordinat ad ostendendū bonitatem p̄sequētie. sed illa p̄ ostendit tam ex opposito
p̄trario q̄ p̄radictorio qz nec p̄traria nec p̄radictoria p̄nt s̄ll eē vera. S̄z
syllogismus ad impossibile ordinat ad redarguendū falsuz ⁊ ad p̄bandā
p̄clusionē p̄ncipaliter insentam. sed hoc nō p̄t fieri nisi ex opposito p̄radic-
torio. qz p̄traria possunt esse simul falsa. ⁊ subcōtraria p̄nt esse simul vera
in materia cōringenti. Sunt adhuc tres alie dñe quas ponit Albertus
vide eas in p̄mento.

Queritur utrū syllogismus ad impossibile habeat etiā ali-
quam ueniētā cū syllogismo ueriusuo. **Sol**
p̄hi q̄ sic. Quia in hoc ueniūt q̄ termini s̄ll se habēt in vtroqz ⁊ eodē mō-
sumunt qz impossibiles sumitur oppositū p̄clusionis syllogisate vel syllogisan-
de. Et ergo vbi cūqz seu in quacūqz figura sit syllogismus ueriusus. ibi
etiam sit syllogismus ad impossibile ⁊ eōtra. ex eūdē terminis. Et hoc
p̄bat p̄hs exēplariter in prima figura et dicit q̄ simili modo potest exē-
plicari in alijs.

Querit uō docet p̄hs p̄ impossibile syllogisare. **Solutio**.
ponit in textu istā p̄clusionē generalē. Qz in oibz figuris
q̄libet p̄clusio tam vltis q̄ p̄icularis tam affirmatiua q̄ negatiua p̄t s̄ll
logisari p̄ impossibile excepta sola vlti affirmatiua q̄ nō p̄t s̄ll logisari p̄ im-
possibile syllogisari in p̄ma figura. Et rō illius est qz ois illa p̄clusio ⁊ s̄ll
s̄ll illa p̄t p̄ impossibile syllogisari in aliq̄ figura ⁊ aliq̄ mō cui⁹ p̄dictoria in

Secundi priorū

illa figura vel modo p̄t esse p̄missa s̄ sic est. q̄ p̄radictoria cuiuslibet p̄clusionis p̄t esse p̄missa in q̄libet figura demp̄ta sola p̄radictoria v̄tis affirmatiue q̄ est p̄ticularis negatiua. illa em̄ non p̄t esse p̄missa in p̄ma figura ergo. Et q̄ p̄ticularis negatiua nō p̄t esse p̄missa in p̄ma figura. p̄z q̄z vel esset maior vel minor. Non maior q̄z maiore p̄ticulari nihil sequitur in p̄ma figura. nō etiā minor. q̄z minor in p̄ma non p̄t esse negatiua.

Querit tunc p̄clusio v̄tis affirmatiua possit syllogisari p̄ impossibile in aliq̄ alia figura. **Solutio** q̄ sic tam ī t̄ t̄da q̄ in tertia. Quia si accipiat p̄radictoriū eius cū maiore v̄tis affirmatiua sic syllogismus in secūda figura. s̄ in baroco. Et si capiat idē p̄radictoriū cū minore v̄tis affirmatiua tūc fit syllogismus in tertia figura scz bōcardo. Quō aut̄ in alijs modis z figuris syllogisat̄ p̄ impossibile deducit p̄bus exemplariter ad longum in textu.

Querit Circa sc̄das p̄t capli quō p̄par p̄bus syl̄m̄ ad ip̄sibile ad syllogisari on̄siuū. **Solo** dupl̄. p̄mo q̄ ad dr̄m. sc̄do q̄ ad zuenientiā

Quor̄ dr̄as ponit iter syl̄m̄ ad ip̄sibile z syl̄m̄ ostēsiuū. **Solo** q̄ tres. Prima est. q̄z syl̄s ad ip̄sibile p̄cedit ex vna p̄missa manifeste falsa quā vult interinere z alia manifeste vera s̄ syl̄s ostēsiuū p̄cedit ex p̄missis indubitāter veris z p̄cessis. Sc̄da dr̄a est. q̄ licet v̄teroz syl̄s sumat duas p̄missas tanq̄ indubitabiles tū hoc est dr̄m q̄z syl̄s on̄siuū sumit illas tanq̄ indubitabiles simpl̄ ex q̄b̄ fit syl̄s. sc̄d syl̄s ad ip̄sibile sumit solū vnā eaz z pro altera sumit oppositū p̄radictoriū p̄clusionis pb̄ande. Tertia dr̄a est. q̄z in syl̄lo on̄siuū nō requirit̄ q̄ cōclusio sit nota p̄us an̄q̄z p̄cludat̄ p̄ syl̄m̄ nec oz eā opt̄nari verā v̄l falsāz s̄ in syl̄lo ad ip̄sibile oz supponere p̄clusionē p̄mi. p̄cessus esse falsāz

Querit quō p̄par p̄ syl̄m̄ ad ip̄sibile ad on̄siuū penes zuenientiā. **Solo** d̄t q̄ in hoc zueniūt. q̄ q̄cūq̄z p̄clusio q̄ p̄cludit̄ p̄ syl̄m̄ on̄siuū illa p̄t etiā ex aliēd̄ terminis p̄cludi p̄ syl̄m̄ ad ip̄sibile et ē. Et hoc sic on̄dit̄ p̄bus. q̄z ois p̄clusio syllogisata p̄ ip̄sibile in p̄ma figura si sit negatiua p̄t syllogisari on̄siue in sc̄da figura. si vero sit affirmatiua tūc p̄t syllogisari in t̄cia figura. Et ois cōclusio syllogisata p̄ ip̄sibile in sc̄da figura p̄t syllogisari on̄siue in p̄ma figura. Et ois p̄clusio syllogisata p̄ ip̄sibile in tertia figura p̄t syllogisari on̄siue in p̄ma si ē affirmatiua z in sc̄da si ē negatiua. Ex̄pl̄i gr̄a sic ista p̄clusio v̄tis negatiua nullū hō est asinū syllogisata p̄ ip̄sibile in p̄ma si guro in variis. sic ois asinus est q̄drupes q̄dā hō est asinū. q̄ q̄dā hō est quadrupes p̄clusio est falsa q̄ aliq̄ p̄missaz. nō maior q̄ minor. z si minor ē falsa p̄dictoria sua est vera. s̄ ista nullus hō est asinus q̄ fuit p̄clusio pb̄anda. Et illis aliēd̄ terminis p̄t syllogisari on̄siue sic in camestris. Ois asinū est quadrupes. nullus hō est quadrupes. ergo nullus hō est asinus. Et sic hoc tam ostensum est de v̄tis negatiua in p̄ma figura. ita p̄bus inductiue ostendit̄ de omnibz alijs in singulis figuris

Querit q̄d q̄d est ista p̄t̄s. s̄ p̄ ip̄sibile syllogisare v̄tis. **Solo** ad redarguendū fallum siue sit syllogisatū siue nō z ad p̄bandū verū contra p̄ruos respondentēs qui nihil volunt concedere nisi cogantur z ducantur ad inēd̄ueniens.

Reparationes

¶ Sextum capitulum.

In qua autem figura est oppositis propositionibus syllogizare et in qua non est sic erit manifestum.

In hoc sexto caplo determinat p^hs p^ur de sexta et vltima p^ote syllogismoru que est ex oppositis syllogizare

Queritur Quot modis p^ones dicunt opposite. ¶ **S**^o duobus modis. scz vno^o fm locutoem. et alio^o fm re p^ones opposite fm locutoem dicunt. q^u q^uis fm rem simul esse possint tm in sermone dicit p^o affirmacionem et negacione. S^z p^ones opposite fm rem dicuntur que a seintute remouentur. ita q^u simul stare non possunt.

Q^uid Quotuplices sunt p^ones opposite fm locutoem et quotuplices fm rem. ¶ **S**olo. phi sunt quadruplices fm locutoem scz p^otrarie subc^otrarie et duplices p^otradictoe. S^z sunt solum triplices p^oes opposite fm rem scz opposite p^otrarie et duplices p^otradictoe. C^otrarie sunt vt omi inesse et nulli inesse. p^otradictoe vero sunt oi inesse et no oi inee. et alicui inesse et nulli inee ille em nullo mo p^ont simul stare et q^u dicunt opposite fm locutoem et fm re. p^ones em subc^otrarie dicunt opposite fm locutoem tm q^u p^ont simul stare in eodem eo q^u p^ont esse sil vere in materia p^oingent.

Ad Prop^ones p^otrarie etiā p^ont sil stare in eodem ergo no sunt opposite fm re. Ad^s p^oba^s. q^u p^ont esse simul false. ¶ **S**^o alberni q^u neganda est p^ona. Et rō est. q^u in falso sit esse est in nullo sil ee. q^u falsum ē non ens. et ergo p^otrarie p^ones nō p^ont sil stare in eodem.

Q^uid Ex q^uo oppositis habet fieri syllogismus ex oppositis. ¶ **S**^o ex oppositis p^otrarijs vel p^otradictoijs tm et no ex subc^otrarijs. Et ratio illius est. q^u in omi syllogismo mediū debet teneri vniuoce et no p^o diuersis. s^z in p^oonibus subc^otrarijs subiectū p^o teneri p^o diuersis. et ergo si ex eis fieret syl^l tūc staret mediū nō teneri vniuoce s^z p^o diuersis.

Queritur Quo definit syl^ls ex oppositis. ¶ **S**^o sic syl^ls ex oppositis est syl^ls p^ocedes ex p^oonib^u p^otrarie vel p^otradictoe oppositis ad p^ocludendū idem de seipso negatiue. Ex^o p^ont vt nulla disciplina est studiosa. omis disciplina est studiosa. ergo nulla disciplina est disciplina.

Ad In omni syllo debet esse tres termini et due p^ones. s^z in syllogismo ex oppositis nō sunt nisi duo termini. ergo nō est syllogismus minor p^oz ex ex^o p^o iam dato. ¶ **S**olo q^u licet in syllo ex oppositis sint solū duo termini fm substāciam et materialiter tamē formaliter et fm ratiōem sunt tres. quia vnus eorum supplet vicem duorum. quia ille qui non in^oerat conclusionem habet rationem medij et ille qui intrat conclusionem habet rationem maioris extremitatis et minoris et supplet vicem vtriusq^u.

C^otra si vnus terminus posset supplere vicem duorum terminorum tunc eadem rō ne posset supplere vicem trium et sic ex vno tm termino posset cōstitui syllogismus. ¶ **S**^o. negat illa seq^ua. nec est like. Et rō diuersitatis est.

Secundi priorum

q̄ si vnus terminus suppleret vicem trium in syllogismo tunc talis syllogismus non haberet conclusionē diuersam a premisissis & mediuz intraret conclusionē. et ergo arefco. vocat talē syllogismū fatuū syllogismum.

Querit̄ Quotplex est syllogismus ex oppositis. **S**olo duobus plex. s. p se & p accūs. **S**ylls ex oppositis p se d̄r in quo cludif idē de seip̄o negatiue s̄m rem et s̄m vocē vt pr̄z in exēplo s̄us posito. **S**yllogismus ex oppositis p accūs dicitur in quo totuz cludif de sua pre vel sup̄ius de suo inferiori negatiue. **E**xēplū. vt nulla disciplina ē studiosa. ois medicina est disciplina. ḡ nulla medicina est studiosa ibi enim nō syllogisat̄ ex oppositis p se s̄z ex oppositis ex p̄nti & p accūs q̄dāmodo.

Querit̄ In qua figura habet fieri syllogismus ex oppositis. **S**olutio. q̄ in p̄ma figura nō potest fieri syllogism⁹ ex oppositis s̄z solū in secūda et in tertia

Querit̄ quō pbat q̄ syllogismus ex oppositis nō p̄t fieri in p̄ma figura. **S**olutio tali rōne qz si syllogismus ex oppositis fieret in prima figura vel esset affirmatiuus vel negatiuus. **N**ō affirmatiuus qz syllogismus affirmatiuus nō fit nisi ex duabus affirmatiuis s̄z ambe p̄pōes oppositē nō p̄nt esse affirmatiue. s̄z oportet sp̄ vnā earū esse negatiua. **N**ec etiā negatiuus qz p̄missē oppositē debēt habere idem subiectū & idē p̄dicatū eo q̄ p̄positiōnes oppositē debeant p̄cipare vtroqz termino s̄z in p̄ma figura p̄z p̄missē non possunt habere idē subiectū & idē p̄dicatū. s̄z qd̄ est subiectū in vna hoc debet esse predicatum in alia & ergo syls ex oppositis non potest fieri in prima figura.

Queritur Quō fit syls ex oppositis in secūda figura. **S**olo in oibz modis sc̄be figure p̄t fieri syllogism⁹ ex oppositis. **P**robat qz in modis vniuersalibz p̄t syllogisari ex p̄rarijs. **E**t in modis p̄icularibz ex p̄dictor̄ijs. **E**xēplū p̄mi. vt in eelare sic arguit nulla disciplina ē studiosa. ois disciplina ē studiosa. ḡ nulla disciplina ē disciplina. **E**t trāpositis illis p̄missis arguit in cāmetres. **E**xēplū sc̄di. vt in festino. nulla disciplina est studiosa q̄daz disciplina est studiosa. ḡ q̄dā disciplina nō est disciplina. **I**n baroco aut̄ sic. **O**mis disciplina est studiosa q̄dā disciplina nō est studiosa ergo q̄dam disciplina nō est disciplina.

Querit̄ Quō fit syllogismus circularis in tertia figura. **S**olo in tertia figura fit solū in modis negatiuis. nō at̄ in modis affirmatiuis q̄ fiat in negatiuis. p̄z qz bñ seq̄tur in selapton sic arguendo. **N**ulla disciplina est studiosa ois disciplina est studiosa. ḡ qd̄ dā studiosum non est studiosum. **E**t s̄it̄ in alijs et q̄ in modis affirmatiuis tertie figure nō possit fieri syls ex oppositis. p̄z ex rōne adducta circa p̄maz figuram. qz s̄z oportet sp̄ vnā p̄pōnum oppositarū esse negatiuam.

Queritur Quot documēta ponit p̄hs circa moduz syllogisandi ex oppositis. **S**olutio q̄ sex. **P**rimus q̄ syllogisando ex oppositis oportet sumere opposita p̄raria vel cōtradictoria. **N**a & non subcōtraria. **E**t ratio illuz p̄us patuit.

Reparationes

¶ Secundum est qd ad hoc qd premise sylle ex oppositis pcedat qd vtrāqz p syllogisari vel oportet vna earū concedi a respondente z altera p syllogisari
¶ Tertium est qd in secūda figura z silitur in tertia potest sepius syllogisari ex oppositis. Et ratio illius est qz sunt tres modi opponū scz duo contradictoriz et vn^o p contrari^o s; qlibet oppositio hz duas pces oppositas et ergo ptingit sex modis opposita pbinari in syllogismis ex oppositis penes hoc scz qd in quolibet mō oppositum vel maior p esse affirmatiua z minor negatiua vel econtra.

¶ Quartum documētum est qd sylle ex oppositis differe a syllo qui concludit verū ex falsis. Et ratio est. qz licet in syllo ex oppositis vna pmissarū sit necessario falsa tñ ex oppositis nūqz potest inferri conclusio vera sed tm falsa z hoc tamē in syllogismo ex oppositis p se p accidēs. qz in syllo ex oppositis p se temp pcluditur idem de seipso negatiue. In syllo autē ex oppositis p accidēs torum pcluditur de sua pte negatiue

¶ Quintum documētum est. qd in syllogismis ex oppositis nihil pphbet fieri hypothēsū contradictionis. i. nihil repugnat supponere vtrāqz pte contradictionis explicite vel implicite esse pcedat a respōdente. Et ratio illius est. qz qnis magnū inconueniens sit respōdētī pcedere duo p contradictoria tamē maius inconueniens est imo maximū pcedere p conclusionē in q̄ides negat de seipso qz p hoc etiā pūncit qd hypothēsū sua qua scz pcessit duo contradictoria sit falsa. Sicur si ducat ad hoc qd impar non est impar. Et ille videt hic esse sensus textus. **¶** Resto fm expōem dñi. **¶** Alteri q̄uis alijs fatis obscure exponāt

¶ Sextum documētum z vltimū est. qd si velimus pcludere vel p syllogisare duo opposita vel cōtraria q̄ sumuntur in syllogismo ex oppositis per vnum syllogismū. tūc oportet qd in maiore a pte predicari sumant illa opposita copulatiue hoc modo. Omne animal est albū z non albus. omnis hō est aīal. q̄ ois hō est albus. et nō albus. **¶** Alter em oportet facere duos syllogismos quozū vnus pcludit vniū oppositorū z ali^o reliquū v^o oportet qd vniū eoz pcedat a respōdente z alterum probetur p syllogismū sicut dictum fuit in secūdo notabili.

¶ Querit^r. Ad qd est ista potestas scz ex oppositis syllogisare vtilis. Solo vtilis est ad pcludendū manifestū inconueniēs ptra pteruos rñdētes pcedētes duas v^o dictionas esse sit veras

Tractatus secundus

¶ In principio autē petere et accipere est quidē vt in genere sumere in eo qd est non demonstrare propositum

¶ In secūdo tractatu phus determinat de defectibus incidentibz circa syllogismos et circa potestates syllogismozū iam dictas. Et diuidit in tria capla fm qd sunt tres defectus.

Secundi priorum

Querit. Quot sunt defectus incidentes circa sylm. **So** tres scz

Petitio principij et illa incidit circa syllogismum circularem. *p. 2. b. fit p. 2. q. ad off. 2. 2. d.*
No ppter h accidere saluiter accidit circa sylm ad im possibile. *p. 2. d. 2. m.*
Fallacia cōtrarie deceptōis **Et** accidit circa syllogismū ex oppositis.

Querit. An de petitione principij spectet determinare ad prioritatem. **Solo.** q sic. **Et** ratio illius est qz ad prioritatem spectat determinare de syllo circulari scz petitio principij accidit circa sylm circularem. ergo ad prioritatem etiam spectat determinare de petitione principij. **Minor** piz qz in syllogismo circulari fit reditus a conclusione ad pmissam quando ergo hoc male fit scz in eodē genere cognitionis tūc petit principij.

Arguit. De petitione principij determinare spectat ad sophistam. ergo non ad prioritatem. **Ans** probat. qz petitio principij est fallacia et defectus syllogismi dialectici. vt dicitur in pmo elenchorum. **Solutio** petitio principij accipitur dupliciter. vno modo vt est nudus defectus impediens illationem conclusionis ex premissis et sic de ea spectat determinare hic ad prioritatem. **Alio** modo accipitur vt sup addit illi defectui cām apparet et hoc mō de ea determinare spectat ad sophistam.

Queritur. Quid est petere principium. **Solo** petere principium in cōmuni est non demonstrare ppositum. *pete principij*

Arguit. Si illa definitio esset bona tunc sequeretur q aliquis dormiens peteret principium. **Sequela** probatur. quia qui dormit non ostendit vel demonstrat ppositum. **Solo.** definitio ista non debet intelligi pure priuatiue. ita q nihil assumatur ad ostendendum ppositum. qd sic dormiens peteret principium sed quodāmodo positue vt scz assumatur aliqd sed hoc qd assumitur non est natum pbare ppositum.

Queritur. Quot modis contingit hoc. **So** multis modis. **Primo** quando hoc qd assumitur est penitus idem cū pposito. **Secdo** quādo hoc qd assumitur est ignotius pposito. **Tertio** quando est eque ignotum. **Quarto** quādo posterius assumit ad probandum prius. **Et** quinto quando hoc qd est p alia notum sumit ad pbandum illud qd est per se notum.

Querit. quotuplex est petitio principij **Solo** q duplex. scz petitio principij

Statim.

Non statim.

Querit. Que vocatur petitio principij statim et que non statim. **Solo** petitio principij statim dicitur quādo idē sub eodem nomine et eade ratione sumitur ad pbationē sui ipsius. vt si dicitur sic sortes currit. ergo sortes currit et ista petitio principij proprie est defectus syllogismi simpliciter dicti. de quo hic determinatur. *petitio principij statim*

Reparationes

Sed petitio principij non statim dicitur quando ostendit aliquid per aliqua que iterum nata sunt ostendi per ipsum. Exemplum ut si ostendat per b per c et ipsum est natum iterum ostendi per a. Et istud declarat philosophus per exemplum. ut si quis per lineas paralellas esse paralellas per hoc quod non concurrunt ille dicitur petere principium quia hoc antea assumptum scilicet quod linee paralelle non concurrunt natum est iterum ostendi per hoc quod linee paralelle sunt paralelle. quia hoc est causa et aliud est effectus et sic de primo ad ultimum idem probatur per seipsum

*Petitio principij
no probatur*

Queritur An idem sit petere principium et non ostendere propositum. **Solutio** licet loquendo de petitione principij in eodem idem sit petere principium quod non ostendere propositum, ut patet ex definitione prius posita tamen in speciali et proprie loquendo non sunt idem. Et ratio est. quia si in barbara maior sit eque ignota conclusioni probande tunc non ostenditur propositum quia ignotus non potest ostendi per eque ignotum sed adhuc non est manifestum. dicitur philosophus. an petatur principium nisi termini in maiore sint pervertibiles ergo etc.

Queritur Quo sit petitio principij in modo et figura. **Solutio** differet in modis affirmatiuis et negatiuis. Nam in barbara et alijs modis affirmatiuis prime et tertie figurarum petitio principij quod non maior est eque dubia conclusioni et termini minoris sunt pervertibiles. Et e contra quod minor est eque dubia conclusioni et termini positi in maiore sunt pervertibiles. Et ratio illius est. quia tunc sicut ex premissis ostendit conclusionem ita ex conclusionem cum pervertente premissa convertibilis potest ostendi premissa dubia per syllogismum pervertentem. et sic idem ostendit ibi per seipsum. **S**ed in modis negatiuis prime secunde et tertie figurarum fit aliter. quia in clarent petitio principij quod medium et minor extremitas pervertuntur et maior extremitas remouetur ab utroque scilicet a medio in maiore et a minore extremitate in conclusionem. Et in camesstres petitio principij quod maior extremitas et medium pervertuntur et ambo remouentur a maiore extremitate medium scilicet in minore et maior extremitas in conclusionem. **E**t ratio est. quia tunc ex conclusionem premissa syllogismi pervertentem premissa affirmatiue potest ostendi premissa negatiua per syllogismum pervertentem et ita idem hoc modo pergit ostendi per seipsum. **E**t vniuersaliter loquendo tot modis pre principium peti quod modis pergit circulariter syllogizari.

Queritur An eodem modo petitio principij in demonstratiuis et in dialecticis. **Solutio** philosophus quod non sic dicitur quia in demonstratiuis petitio principij quod sumit propositum que secundum rei veritatem est ignotior aut eque ignota cum conclusionem. Sed in dialecticis petitio principij quod sumitur propositum quod secundum opinionem est ignotior vel eque ignota propositum. Et sic in demonstratiuis petitio principij secundum veritatem in dialecticis autem secundum opinionem tamen utrobique tamen obseruandum est quod ad minus vna premissa sit ex terminis pervertibilibus quia alias non ostenderetur idem per seipsum quod tamen requiritur ad petitionem principij

¶ Secundum capitulum

Secūdi Priorū

Non ppter hoc accidere falsum. qđ semp in disputatōibz
In secūdo caplo pbs determinat de scđo defectu sylloz qđ ōr non ppter
hoc accidere falsum. Et diuidit in quatuor ptes. In prima ostendit circa
quē sylm hz fieri z qđ sic. In secūda diuidit ipm. In tertia ponit cauz
las. Et in quarto incidentaliter agit de elencho.

Querit Solo pbi. circa sylm ad impossibile. Et rō illius est. qz
nō hz fieri circa sylm ostensiuū. qđ hz fieri circa sylm ad impossibile. Tene
pna p locū a sufficienti diuisione. Sed añs pbat pbus duabz rōnibz. Pri
ma est. qz tūc ptingit nō ppter hoc accidere falsum qñ in syllo infer falsum
vt ex illo falso fiat reditus ad interimendū aliquā hypotesim falsam posis
tam ab aduersario veritatis. sed hoc nō ptingit in syllo ostensiuo sed solū
in syllo ad impossibile. qđ rō. Maior pz. qz qui nō sumit p radictoriū p hy
potesi non p̄ dicere qđ ppter hoc. i. ppter hypotesim accidar falsus. Minor
pbat. qz in syllo ostensiuo sumitur p̄missa absolute z nō vs̄tūt hypoteses
vel suppones. sicut fit in syllo ad impossibile. Secda rō est. qz nō ppter h
accidere falsum dī falsa hypotesis p̄numerata alijs p̄missis qua remota
nihilominus seq̄tur adhuc p̄clusio falsa. sed in syllo ostensiuo nihil est quo
deposito adhuc sequat̄ equaliter p̄clusio. qz si in eo aliquid deponat nō ma
nerit sylus. sed fit enthymema. qđ seq̄tur qđ iste defectus nō accidit circa sylz
logis̄mū ostensiuū. sed circa syllogis̄mū ad impossibile.

Ar Syls ad impossibile est bon⁹ syls. qđ circa ipm non ptingit iste
defectus qui est non ppter hoc accidere falsum. Añs pbat. qz sibi
p̄uenit definitio sylz. Solo. licz syls ad impossibile debite p̄stitue⁹ sic
bon⁹ syls. tñ si in eo fuerit aliq̄ p̄missa sup̄stus tunc nō est bonus syls. sed
circa eū accidit iste defectus.

Querit Quid est nō ppter hoc accidere falsum. Solo sic definit
ab Aristo. qđ nō ppter hoc accidere falsum est qñ in syllo
ad impossibile assumit̄ aliq̄ hypotesis p̄numerata alijs p̄missis qua remo
mota nihilomin⁹ seq̄tur adhuc p̄clusio falsa z impossibile. Exēplī grā. sic
p̄cto pbāda ista. nullus hō est asin⁹. qua negata ab aduersario sumat̄ sua
p̄radictoria p hypotesi ista scz. qđā hō est asin⁹. z arguat̄ tūc sic. nullus qđ
drupes est aiatur. ois asin⁹ est quadrupes. qđ null⁹ asin⁹ est aiatur. p̄cto
est falsa. qđ ista est falsa. qđā hō ē asinus. qđ fuit hypotesis. ibi em̄ est nō p̄
pter hoc accidere falsum. qz illa falsa p̄cto nō seq̄tur ppter illā hypotesim. qđ
fuit. qđā hō est asin⁹. s; ppter maiore qđ est nullū qđ drupes est aiatur.

Querit Quo dñt nō ppter hoc accidere falsum. z nō cā vt cā
dere falsum de nudū defectū sylz ad impossibile non curando vtz p̄missa
sup̄stus habeat p̄uenientā cū p̄missis veris vel nō. Sed nō cā vt cā sup̄
adit̄ illi defectui app̄rentiā vel cām app̄rentie. scz p̄uenientā p̄missis non
cause seu sup̄stus cū aliqua p̄missa cā in aliquo termino

Ar Nō ppter hoc accidere falsum nō dī defectū sylz ad impossibile
qđ. Añs pbat. qz fit ex sup̄stus dīctā vñ p̄pōnis. Solo. defect⁹
b i.

De 2º defectu sylloz

*Quid est nō ppter hoc
accidere falsum*

Reparationes

accipit dupl. ¶ Uno mō p carētia alicui? necario req̄sūt ad aliqd z sic nō p
pter h̄ accidere falsum nō d̄r defectū syl̄l. ¶ Alio mō accipit defectus cōiter
pro quacūq; deformitate alicuius rei. z sic nō ppter hoc accidere falsum est
defectus. qz est deformitas syllogismi

Quobis modis q̄m̄
nō p̄t q̄m̄ am̄
falsum

Querit Circa scđam p̄ez cap̄li. quot modis p̄tingit nō ppter
hoc accidere falsum. ¶ Solo duob; modis. Prim⁹ est
qñ hypotesis seu p̄p̄o sup̄flua nō h̄z uenientia in terminis cū aliq; p̄missarū
Et huius est. si p̄clo pbanda sit ista dyameter est assimeter. Et sumat p
hypotesi ista dyameter est symeter. cū rōne zenonis qua pbauit mortū non
esse sic arguēdo. dyameter est symeter. impossibile est infinita p̄rāfire. s; in
quoliter spacio sunt infinita. ḡ impossibile est aliq; spaciū p̄ransire. z p̄ cō
sequēs nihil p̄t moueri. p̄clusio est falsa. ergo etiaz ista hypotesis. dyameter
est symeter. z p̄ sequēs sua opposita est vera. s; dyameter est assimeter. Et
iste d̄r p̄hs est manifestissimus modus huius defect⁹. ¶ Secūdo? modus
est min⁹ manifest⁹ qñ s; hypotesis seu p̄p̄o sup̄flua uenit aliquo mō s; z
in subiecto vel p̄dicato cū aliqua p̄missa coassumpta. Et hoc p̄tingit dupl
qz vel hoc assumptū est sup̄ius z supra p̄dicatū hypotesis. vel est infer⁹ z
sub subiecto hypotesis. z hoc declarat p̄hs in textu p̄ lr̄as.

Secūdo

Querit Utz falsum vel impossibile possit etiā vere accidere p̄
pter hypotesim. ¶ Solo p̄hi. sic. sed tūc op̄es copulare. et
p̄tinare impossibile qd̄ sequit cū hypotesi. ita s; q; hypotesi posita sequat
tale impossibile z ipsa remota nō sequat. Et hoc p̄t duob; modis fieri. s; z
p̄mo mō sumendo aliqd sub subiecto hypotesis z copulando impossibile
p̄clusum ad p̄dicatum hypotesis. Secūdo modo sumēdo aliquid supra p̄
dicatum hypotesis z copulando impossibile cū subiecto hypotesis. sicut
declarat per litteras

Ar̄ p̄clusio impossibilis nunc; sequit ppter hypotesim. ḡ hoc dictū
est falsum. ¶ Ans. p̄bat. qz nunc; sequit falsum vel impossibile ppter
aliqd q̄ remoto adhuc sequit falsum vel impossibile. s; sic est in hypotesi ex
qua sequit falsum q; ea deposita adhuc sequit falsum. ḡ nūq; accidit falsū
pp̄ter hypotesim. ¶ Dimoz p̄bat. qz hypotesis p̄us posita p̄t remoueri z po
ni alia. z tñ adhuc sequit falsum. sicut p̄bat exēplariter in textu. Ad h̄ ar
gumētū r̄ndet. p. z vult q; negāda est p̄na. qz nō sequit deposita p̄ma hypo
tesis adhuc sequit falsum ex alia hypotesi. ḡ nō sequebat ppter p̄mā hypo
tesim. qz nō est incōueniēs idē impossibile sequi ad multas hypoteses. s; z
cut illud ipossibile linee parallele p̄currūt p̄t p̄cludi p̄ h̄ac hypotesim. si an
gulus intrinsecus sit maior extrinsecō. Et p̄ istā. si triangulus h̄z plures q̄
tres angulos equales duob; rectis. z ergo nō sequit q; semp; sit nō ppter h̄
accidere falsum quando arguitur ex hypotesi. quia ille defectus solū h̄z fie
ri quando hypotesi remota z nulla alia loco ei⁹ posita sequit idem impo
sibile. ppter alias p̄p̄ones.

Querit Ex quo in seillo ad impossibile in quo est ppter hoc acci
dere falsum p̄clo falsa nō sequit ppter hypotesim falsaz
an tūc sequit ppter p̄missam verā coassumptā. ¶ Solo p̄hi. nō. s; ppter p̄

Secūdi p̄tor

missam aliquā falsam ab hypotesi. qz in quolibz syllo hñte p̄conē falsam necē est vnā p̄missaz vel vtrāqz esse falsam. qz als ex veris sequeret falsum quod est impossibile

Querit Circa terciā partē capli. quot cautelas ponit p̄hs circa istū defectū. nō p̄pter hoc accidere falsum. **Solo.** qz tuor. duas scz ex parte r̄ndentis quibz docet eum vitare falsum. 2 duas ex parte opponētis quibz docet eū p̄cludere falsum

¶ Prima cautela r̄ndentis est. qz si p̄clo opponētis sit r̄ndenti ignota tūc d̄z cauere ne p̄cedat p̄ponēs cōicantes in eodē termino q̄ termin⁹ possit eē mediū in syllo. qz tūc opponēs nō poterit p̄tra euz aliqd̄ sillogistice p̄cludes re. qz in syllogismo oportet esse mediū

¶ Secūda cautela est. si p̄clusio opponētis sit nota r̄ndenti ita qz r̄ndens sciat quid intendat opponens p̄tra eum p̄cludere tūc debet cauere ne cōcedat aliquā p̄ponēm per quam possit talis p̄clusio opponētis inferri. **Et** si queratur quō respondens poterit scire que sit talis p̄positio. **Ad hoc** d̄icit p̄hs qz hoc poterit faciliter scire cōsiderando in quibz modis 2 figuris possit talis p̄clusio p̄cludi. **Exempli gratia.** si p̄clusio opponētis sit vlt̄s ne gatiua tūc respondens debet cauere ne p̄cedat p̄ponēm vlt̄m negatiuam ex qua possit talis p̄clusio inferri 2c̄is.

¶ Prima cautela opponētis est. qz opponēs nō debet manifestare cōclusionē quam intendit sed statim assumat p̄ponēs necessarias quas faciat sibi p̄cedi a r̄ndente si potest

¶ Secūda est. qz si opponēs habeat plura media ad p̄conem quas intendit tūc d̄z incipe a remotioribz. qz p̄ hoc magis latet r̄ndentē p̄clo inferenda. 2 si habeat tm̄ vnū mediū. tūc d̄z incipe ab illo anteqz p̄ponat p̄clusionē

Querit Circa q̄rtā partē capli. quō sit elench⁹. **Solo** elenchus sit eodē mō sicut syllys in eis dē modis 2 figuris ex oibz affirmatiuis vel ex affirmatiuis 2 negatiuis p̄mutatim positis

Querit Quid est elenchus. **Solo.** Elenchus est syllys p̄tra dictionis. i. cuius p̄clusio p̄tradicit hypotesi seu falsē suppositioni r̄ndentis aduersarij veritatis. **Et** q̄ d̄r p̄hs qz si nulla fiat suppositio vel hypotesis tūc impossibile est fieri elenchū. qz licet forte p̄cludat cōclusio. nō tñ p̄cludit aliqua p̄tradictio

Querit Quare dictū fuit qz elenchus sit ex oibz affirmatiuis vlt̄ ex affirmatiuis 2 negatiuis p̄mutatim positis. **Solo** ad immendū qz ex puris negatiuis nō p̄t fieri elenchus. **Et** rō hui⁹ est. qz ex puris negatiuis nō p̄t fieri syllys. q̄ nec elenchus. **Ans** est manifest⁹ ex p̄mo huius. **Et** p̄na tener. qz syllys h̄z se vt sup̄ius ad elenchū.

¶ Terciū capitulū

¶ Accidit autē qñqz quēa dmodū in positione terminoz 2c̄

¶ In terciō caplo p̄nter p̄hs determinat de terciō defectu sylloz. q̄ d̄r falsitac̄ia p̄trarie deceptionis. **Et** diuidit in duas partes.

h. ij.

et p̄cedit.

et p̄t opponit

Elenchus p̄d 27

Reparatiões

Querit Circa quē syllogismū accidit fallacia p̄trarie deceptionis Solo. circa q̄ syllogismū ex oppositis Et rō illi? ē. qz p̄tingit syllogizare ex oppositis q̄m rem sunt opposita. licz non s̄m vocē. sicut qm̄ idē affirmat de vltz negat de particulari p̄tēro sub eo vel ecōtra. vt sic dices do. ois mula est sterilis. z ista mula nō est sterilis. qm̄ q̄ aliqs credit vtriusq; calū oppositorū ipse dicitur deceptus p̄ fallaciā p̄trarie opinionis. z q̄ fallacia contrarie opinionis h̄z fieri circa syllogismū ex oppositis.

Ar̄ Si est aliqua fallacia p̄trarie deceptōis vel esset fallacia in dictōne vel extra dictōem. sed nullum istorū potest dici. sicut p̄z p̄ ph̄mā p̄mo elencōz. q̄ nō est aliqua fallacia p̄trarie deceptōis // Solo. alb. q̄ ista fallacia seu defectus vocat fallacia nō ex cā apparentie vel defectus. sicut p̄bus p̄mo elencōz loq̄tur de fallacia. sed vocatur fallacia ab eo quē fallax dēcipit p̄ hoc q̄ accipit id quō nō dicitur accipi

*Quid est fallacia
rōnalē deceptiōis*

Querit Quid est fallacia p̄trarie deceptōis. Solo. fallacia p̄trarie deceptōis est qm̄ aliquis simul opinat̄ cōtraria vel cōtradictoria de eodē

Ar̄ Impossibile est opinari simul p̄traria vel p̄tradictoria. q̄ illa defectio est falsa. Ans. p̄bat. qz p̄trarie opinionēs nō p̄nt esse simul in eodē intellectu. Solo. h̄ opinionēs p̄trarie de eodē nō p̄nt simul eē in eodē intellectu p̄ vnū z idē mediū. t̄n bene s̄m diuersa media.

Querit Quotuplicia sunt p̄traria. // Solo. p̄hi. duplicia. qz q̄sdam sunt p̄traria s̄m formā. Alia sunt p̄traria s̄m materiā. Contraria s̄m formā dicūtur p̄ponēs oppositē s̄m affirmatōem et negatōem. S̄ p̄traria s̄m materiā dicūtur p̄ponēs p̄tēute ex p̄trarijs subiectis vel predicatis. sicut sunt bonū z malū. albū z nigrum.

Querit vtrū possit aliqs simul opinari p̄traria s̄m formā. // Solo. p̄hi sic. Et hoc dupl̄r. vno mō cū incōuenienti. z alio mō sine incōuenienti

Querit Quādo opinat̄ aliqs p̄traria s̄m formā cū incōuenienti. // Solo. tūc qm̄ opinatur p̄trarias p̄clusionēs per diuersos syllogismos p̄pter ignorantiā mediōz. Et hoc ostendit p̄hs exēpl̄ariter tam in medijs nō subalternatis q̄ subalternatis Et p̄mi in terminis sc̄ariū p̄ sic formari. si quis sc̄uerit substantiā inesse animali z ignorauerit eam inesse sensibili. dūmodo sc̄iat q̄ sensibile z aīal insunt hominibz. illū p̄tingit decipi per diuersos syllogismos z induci p̄pter ignorantiā mediōz ad opinandum p̄trarias p̄clusionēs. sc̄z vltm̄ affirmatiuam p̄ istum syllogismū. oīe aīal est suba. oīms homo est aīal. ergo oīms homo est substantia Et vltm̄ negatiuā p̄ istū syllogismū. nullū sensibile est suba. oīms hō est sensibilis. q̄ nullus hō est suba. Ibi em̄ sumūtur media non subalternata sc̄z aīal z sensibile. Exēplū secūdi de medijs subalternatis est. vt si qs sc̄iat subam inesse aīali z ignoret eā inesse corpori. z sc̄iat t̄n q̄ vtrūq; illorū insit hominibz. ille inducetur ad p̄cedendū p̄trarias p̄clusionēs per diuersos syllogismos eodē modo sicut prius.

Secūdi Priorū

Querit Quā pringit opinari p̄traria sine incōuenienti. **Solo** tūc. qñ opinat vna p̄missam vni^o sylli cū vna alteri^o vel ambas vni^o cū vna alteri^o. Et q̄ sic opinari duo p̄traria nō sit incōueniēs p̄bat p̄hs a sili. qz̄ deceptio qua aliq̄s opinat duas p̄pōnes diuersoz̄ sylloz̄ rum est sili illi deceptōi qua aliq̄s scit aliqd̄ in vli. z̄ illud idem ignorat in particulari. sed hoc sit sine incōuenienti. q̄ etiā istud

Querit Quō p̄bat p̄hus q̄ aliqd̄ p̄t sciri in vli z̄ ignorari in p̄ticulari. **Solo** p̄ duo exēpla. Prīmū est. qz̄ aliq̄s p̄t scire in vli z̄ p̄fuso q̄ ois triāgul^o hz̄ tres angulos eq̄les duobz̄ rectis z̄ ignorare in p̄ticulari. an iste triāgul^o ad oculū ostensus habeat tres angulos eq̄les duobz̄ rectis. qz̄ si sciat istā q̄ ois triāgul^o hz̄ tres angulos eq̄les duobz̄ rectis z̄ etiā istā q̄ iste triāgul^o est triāgul^o. sed nō ordinet illas duas p̄pōnes ad formā sylli. sed accipiat seorsum tūc scit in vli z̄ p̄fuso q̄ iste triāgul^o hz̄ tres angulos eq̄les duobz̄ rectis z̄ ignorat tñ hoc in p̄ticulari et in p̄p̄ia forma. et hoc nō est incōueniēs. qz̄ scia in vli nō opponit ignoratiē in p̄ticulari. **Secundū** exēplū est. qz̄ aliq̄s p̄t firmiter credere z̄ scire q̄ in vli ois mula sit sterilis. et tñ ignorare an ista mula sit sterilis. quia videt eam habere grossum ventrem

Querit Quot modis pringit aliqd̄ scire. **Solo** tribz̄ modis. Prīmū p̄mo mō pringit aliqd̄ scire in vli. z̄ hoc est scire in potentia. z̄ sic maior scit. **Secūdo** mō cōtingit aliqd̄ scire in p̄p̄ia forma. z̄ h̄ est scire in p̄ticulari. z̄ ita minor scit. **Tercio** mō pringit aliqd̄ scire in agere. sicut quando aliquis hoc q̄ scit refert actualiter ad sua p̄ncipia. et hoc modo scitur p̄clusio

Querit Quot modis pringit aliqd̄ ignorare. **Solo** ecōuerso tribz̄ modis etiā scz̄ p̄mo mō in vli. secūdo mō in p̄p̄ia forma. et tercio mō in agere. Et ita qz̄ scire z̄ ignorare sic dicuntur multis modis nō est incōueniens dē p̄hs aliqd̄ scire vno mō z̄ ignorare alio mō sed nō p̄t aliqd̄ sciri z̄ ignorari eodē mō quo scit sine incōuenienti.

Querit An possit aliq̄s sil opinari p̄ria s̄m materiā. **Solo** p̄. q̄ sic. z̄ h̄ dupl̄. vno^o cū icōuenienti. z̄ alio^o sine incōuenienti. **Querit** qñ aliq̄s opinat p̄traria s̄m materiā cū incōuenienti. **Solo** qñ opinat p̄traria p̄dicata eide inesse p̄ se z̄ s̄m p̄p̄ia formā. Sicut si aliq̄s opt̄ naret idem esse bonū z̄ malū. sic arguendo. hoc est bonum hoc est malū. et go bonum est malum

Querit Quā aliq̄s opinat p̄traria s̄m materiā sine incōuenienti. **Solo** qñ opinat p̄traria p̄dicata eide inesse. vniuz̄ p̄ se. et aliud p̄ accēs. Sicut si aliq̄s opinet aliqd̄ bonū esse bonū p̄ se z̄ malū p̄ acet̄ dens. hoc em̄ nō est incōueniēs. qz̄ licet talis opinet p̄traria. nō tñ opinat illa illo mō quo sunt p̄traria. sed alio z̄ alio modo

Tercius tractatus.

Quādo aut̄ p̄uertitur: p̄uertitur extremitates necesse z̄c.
H ij.

Reparationes

In hoc tercio tractatu docet Aresto. reducere alias spes argumentationis ad syllogismum. Et diuidit in tria capla. In quoz pmo ponit aliquas regulas illi reductioni deseruientes

Querit̄ qđ est sursum ascendere z qđ deorsum descendere. **Solutio** Ascendere sursum in p̄posito ē qñ ascendit ad p̄dicatum magis vlt̄ qđ de oibus alijs p̄dicat sicut ē genus generalissimū. Sed descendere deorsum ē qñ pcedit ad magis p̄ticulare qđ oibus alijs subijcit. sicut est species specialissima. que est formaliter indiuisibilis.

Querit̄ Quō p̄bat̄ iā p̄hs q̄ si sit status ī extremis impossibile sit pcedere in infinitū in medijs. **Solutio** tali rōne q̄ si extrema essent finita z media infinita tunc nunq̄ cōtingeret deuenire de extremo in extremū sed hoc est inconueniens. Et illud ex quo sequit̄. Sequela p̄bat̄ur. quia si pcedat descendendo ab vniuersalissimo predicato manifestum est q̄ illud prius

Reparationes

pdicabil' de medio p'pinq'iori q̄ de medio magis distāti z sic si media sūt infinita continue pdicabitur de medio magis p'pinq'io q̄ de alio z qz inf' nita non cōtingit p'ransire nūq̄ erit deuenire descēdendo ad infimū subiectū. s̄ hoc est incōueniens z p'ra hyp'oth'esim q̄ ponit q' extrema sint fin' nita. z sic p' p'ns ponit q' aliq's posset deuenire de extremo in extremū. Et sic modo p' hoc idē ostendi de ascensu de infimo subiecto versus sursum. Et ergo seq̄tur q' si extrema sunt finita media nō p'nt esse in finita.

Ad In linea extrema sunt finita z tñ media sunt infinita. q̄ videt q' si extrema sint finita media nihilomin' p'nt esse infinita. Nis pbatur in qualibet linea sunt infinita puncta. ¶ Solutio licet in linea sint infinita puncta s'm potentiam non tamen s'm actum.

Querit Que est illa cauillatio quā remouet p'hus circa predica-
Solutio posset aliquis cauillator dicere q' illa media que sūt proxima p'mo pdicato sunt bene finita quia sunt cōtinentia se et consequentia ad se inuicem. sed illa que distant a p'imo pdicato z sunt supra infimū non continent se. z ergo illa sunt infinita. Et ita ista rō iam posita non videtur p'cedere quia illa ponit media esse infinita s'm cōtinuum processum a p'imo pdicato ad p'ximū mediū z sic p'sequēter. Ad illam obiectionem rīdet p'hs q' nihil refert siue media ponant infinita s'm cōtinuum processum siue discontinue ita q' superiora ponant finita z inferiora in eadem linea infinita quia vtroq̄ modo sequitur media esse infinita z q' p'cedentem a p'imo pdicato ad inferius oporteat transire per infinita media quod est impossibile. Et ita altertus format diccam cauillatōnem in cōmōto licet aliq' exponant textum aliter.

Querit Iterum sicut in affirmatiuis est status ex parte medioz ita etiam sit in negatiuis. ¶ Solutio p'hi q' sic. Et hoc oñdit ex'plariter tripliciter s'm q' p'pō negatiua potest concludi in tribus figuris. P'imo in p'ma figura vt sit ista conclusio in p'ma figura nullus hōs mo est quantitas z sic cōclusa per hoc mediū qd est corpus sic arguendo. Nullū corpus est q̄ritas. ois homo est corpus. ergo nullus homo est q̄ritas ibi em̄ qz maior est p'positio mediata. ergo potest p' aliud mediū p'bart sumat ergo aliqd d quo q̄ritas negat p'ius q̄ de corpe affirmet z hoc erit substantia. Et arguat sic Nulla suba est q̄ritas. Omne corpus est substātia. q̄ nullū corpus est quāritas tunc em̄ quia nihil est sumere supra substātia quod possit affirmari de ea z a quo p'ius remoueat quāritas iō est ibi ista figura. Secūdo ostendit hoc in secunda figura vt sit ista conclusio in secunda figura nulla quāritas est homo ex istis p'missis Omnis homo ē corpus. nulla quantitas est corpus. ergo nulla quāritas est homo ibi minor ē p'positio mediata. z ergo potest concludi per aliud medium quod affirmabitur de corpore z negabitur de quantitate. z hoc est substantia. Arguat ergo sic. Omne corpus est substantia. nulla quantitas est substantia. ergo nulla quantitas est corpus. ibi est iterum status quia supra substantiam non potest aliquid aliud accipi quod affirmetur de ea z negetur de quantitate.

Primi Posteriorum

titate. et ergo in secunda figura est etiam status.

Tercio ostendit hoc idem in tertia figura deorsum descendendo ut sit ista conclusio quoddam corpus non est quantitas conclusa per istum syllogismum. nullum animal est quantitas. omne animal est corpus. ergo quoddam corpus non est quantitas. ibi quia hoc medium animal non est ultimum subiectum sumatur aliquid sub eo de quo quantitas negetur. et antimal affirmetur. Et arguatur sic. Nullus homo est quantitas. omnis homo est animal. ergo quoddam animal non est quantitas. ibi est status ex parte medij descendendo. quia homo est ultimum subiectum et sub eo nihil est quod possit esse medium ad concludendum maiorem illius syllogismi in tertia figura. Et ergo patet quod sicut est status in medijs. In affirmatiuis ita etiam est status in negatiuis. **A**risto. tamen in textu non videtur istis terminis significari sed transcendentibus.

Respondeo quod ista probatio non sit sufficiens probatur. quia licet in quolibet figura per se et sigillatim sit status in ipsis medijs non tamen in omnibus figuris simul sumptis. quia cum deuentum fuerit ad statum in una figura poterit esse recursus ad aliam figuram. **S**olutio dicit philosophus quod illa obiectio nihil valet quia ex quo non proceditur in infinitum. **Q**uia tunc figuram sigillatim sequitur etiam quod nec in omnibus figuris simul sumptis. quia si finita finitae accipiantur necesse est eorum esse finitum.

Queritur. Quomodo soluit philosophus duas alias questiones superius motas scilicet primam et secundam. **S**olutio soluit illas simul et dicit quod non est procedere in infinitum in extremis sed est status tam in predicatis sursum quam in subiectis deorsum. Et hoc probat philosophus dupliciter scilicet. Primo logice et per rationes communes. Secundo analytice et per rationes proprias.

Queritur. Quomodo probat philosophus logice quod sit status in extremis. **S**olutio dupliciter. Primo in predicatis substantialibus. Et secundo ostendit hoc vniuersaliter in omnibus predicatis.

Queritur. Quomodo probat quod in predicatis substantialibus sit status. **S**olutio taliter. quod si esset processus in infinitum in predicatis subalternis tunc sequeretur quod non pringeret aliquid definitum sed hoc est falsum. **Q**uia illud ex quo sequitur. Sequela probatur. quod in definitione oportet ponere omnia substantialia predicata definiti. sed si predicata subalterna essent infinita tunc non possent omnia poni. quia intellectus non potest transire infinita. **Q**uia tunc

Respondeo non oportet in definitione ponere omnia subalterna predicata definiti. **Q**uia illa ratio est falsa. **A**ntis probatur. quia definitio potest dari tamen per primum genus et ultimam diuisionem. **S**olutio licet non ponantur semper explicite in definitione omnia substantialia predicata definiti tamen ponuntur implicite quia oportet illam partem definitionis que est genus proximum resolvere usque ad primum et irresolubile genus generalissimum. quia aliter non esset genus definiti sufficienter et perfecte cognitum et per primum tota definitio.

Reparationes

Queritur Quomodo predicat phs pbando q̄ vltter in oĩbus pres̄ dicatis sit status. **Solutio** primo premitit d̄ distinctō nem predicatoꝝ. ⁊ secundo ostendit p̄positum.

Queritur Quotuplicia sunt p̄dicata. **Solutio** duplicia. quedā sunt p̄dicata per se quedam per accidens.

Pr̄ia ē q̄n̄ acc̄ns̄ p̄dicat̄ d̄ acc̄nte vt albū ābulae. **Q̄r.** quotuplex ē p̄dicatio p̄ acc̄ns̄. **So^o cri.** Sc̄da ē q̄n̄ sbiectū p̄dicat̄ d̄ acc̄nte vt albū ē lignū plex.

Tercia ē q̄n̄ acc̄ns̄ p̄dicat̄ d̄ sbiecto vt lignū ē albū. **Queritur** Quō differt illa p̄dicatio tertia a duabz primis. **Solutio** sic differt qz tertia est p̄dicatio per accidens fm̄ se sed alie due sunt p̄dicatio nes p̄ acc̄dēs fm̄ accidens. Et rō istius est q̄ q̄n̄ acc̄dēns p̄dicatur de sbiecto sicut q̄n̄ dicit̄ qz lignū est albū tunc sbij̄ctur illud qd̄ fm̄ se sbiectū est ⁊ p̄dicat̄ illud qd̄ fm̄ se p̄dicatū est. qz l̄s̄ gnum in hoc quod lignū est ⁊ nō gratia alterius sbij̄ct̄ albedini. ⁊ albedō in hoc qz albedo est de ligno p̄dicat̄. Sed q̄n̄ sbiectū p̄dicat̄ de acc̄nte vt q̄n̄ dicit̄ albū est lignū tunc non sbij̄ctur illud qd̄ fm̄ se est sbiectum quia albū in eo quod albū ē vel gratia albedinis non sbij̄ct̄ ligno sed gratia alterius puta gratia istius particularis quod est hoc lignū cui accidit eē albū. vnde quia hoc particulare lignū est albū ⁊ etiā est lignū. ergo dicimus qz album est lignum.

Queritur Quō pbat̄ hoc qz album in eo qd̄ albū nō sbij̄ct̄ fm̄ se ligno. **Solutio** tali rōne q̄ esse p̄supponit fieri sed album non dicit̄ fm̄ se fieri lignū. sicut lignū dicit̄ fm̄ se fieri albū. ⁊ etiā albū nō dicit̄ dici fm̄ se esse lignū sicut e contra lignū fm̄ se dicit̄ esse albū ⁊ p̄ p̄ns̄ q̄n̄ dicit̄ albū est lignū albū in eo qz albū fm̄ se non sbij̄ct̄ ligno. Et p̄ terea in omni motu alteratōis oportet sbiectum motus manere idē ⁊ variari solū fm̄ qualitates sed q̄n̄ dicimus albū esse lignū tbi albū fm̄ esse albi non manet idem. ergo album in eo qz albū nō est fm̄ se sbiectū. Et sic ut iam dictū est de ista albū est lignū. ita etiā pariformiter dicit̄ dici de ista musicū est albū qz musicū in eo qz musicū non sbij̄ctur tbi albo sed gratia alterius scz gratia istius particularis hoīs cui accidit vtrūqz scz esse musicū cum ⁊ esse album quia em̄ iste particularis homo est musicus ⁊ etiam albus sic dicimus fm̄ acc̄ns̄ qz musicū est albū. Et quia in materia demonstratiua non vrimur talibus p̄dicatōnibus p̄ acc̄ns̄ fm̄ acc̄ns̄ sed solū p̄dicatōnibus fm̄ se. Ideo dicit̄ phs qz in sequēti p̄batōne detemus restringere nomē p̄dicatōnis vt solū intelligamus p̄ ip̄m p̄dicatōnē fm̄ se.

Queritur Quotuplex est p̄dicatio fm̄ se. **Solutio** p̄dicatio fm̄ se dividit̄ fm̄ numerū p̄dicamentoz. qz om̄e qd̄ p̄dicat̄ fm̄ se vel p̄dicat̄ vt qd̄ vel vt quale vel vt cōm̄ vel vt agens vel vt patiens vel vt vbi vel vt q̄n̄ vel vt aliqd̄ alioꝝ p̄dicamentoz. Et hoc loquendo d̄ p̄dicatōne in qua vnū p̄dicat̄ de vno. Quia si non p̄dicat̄ vnū de vno tūc non oportet p̄dicatū p̄dicari vt qd̄ vel vt quale ⁊c. sicut si dicit̄ homo ē

Primi Posteriorū

aial albū. ibi em nō pdicat qd aut qle. sed mgis quale quid.

Querit Quō dicit hōi pdicata fm se abinute. **Solo.** sic dicitur ferūt. qz illa q pdicatur in quid sunt vere illud de quo pdicatur. vel vltiter sicut definitio. vel fm prē. sicut genus vel dīna. sed illa que pdicatur in quale vel q̄tum zc. nō sunt idē cū eo de quo pdicatur neqz vltiter neqz fm prē. sicut pz qū dicitur hō est albū. ibi em albū nō est de cēntia hoīnis neqz idem cū hoīe. sed cū dicitur hō est aīal. ibi aīal est de essentia hoīs et vere idem cū eo substantialiter

Querit Que est illa obiectio quā remouet circa h phs. **Solo.** possit aliqs dicere q pdicata que pdicatur in qd nō sūt vere z essentialiter illud de quo pdicatur. qz hōi pdicata sunt vltia z sig nificant ideas vel essentias separatas z p se subsistentes. sicut dicebāt platonici. Sed phs remouendo illam obiectōem dicitur. Gaudeāt genera z species monstra em sunt si sine. nihil ad rōnem sunt. demōstratōes em de huiusmodi sunt. Hoc est em dicitur. si supponatur spēs seu ydee esse debēt gaudere. qz fm platonicos habēt aliqō esse nobilius q̄ res materiales. z ergo sunt monstra. h ē quedā p̄mōstraciones vel exempla rerū materialū qz participatōes reperūtur in rebz materialibz. Et ergo siue hōi ydee sine vt illi dicebāt siue nō sint nihil p̄inent ad p̄ntem rōnem. qz nos hic intēdimus de illis rebz de quibz in nobis scīa g demōstrationem acquirit. z ille sunt res materiales nobis note. quaz vna est in alia sicut aīal in hoīe. z in illis verū est q̄ illud qd pdicat in quid est vere z essentialiter idē cū eo de q pdicatur. et sic obiectio platonicoz nō hz hic locū

Querit Quō tam pbat phs positū. scilz q vltiter in oibz pdicatis fm se sit status. **Solo.** hoc ostēdit duplr. pmo q nō sit pcedere in infinitū in predicatis fm circulum. secūdo q nō sit pcedere in infinitum fm rectum

Querit Quō pbat pmo q nō sit pcedere in infinitū in predicatis fm circuli. **Solo.** phs in effectu incendit istā rōnem. Omnia pdicata vel sunt subalia vel accīdalia. sed nulla talia p̄nt predicari circulariter manente pdicatōe fm se. q̄ in pdicatis fm se nō est pcedere in infinitū. Dīnozē declarat phs duplr. pmo in pdicatis subalibz. qz si illa pdicarent circulariter tūc sequerēt q̄ vnū z idē esset totum z pars. qd est im possibile. Sequela tamē pz. qz qū genus predicat de specie genus hz se vt totū. si ergo econtra spēs posset pdicari de genere tunc genus haberet se vt pars. z sic vnū z idem esset totū z pars. Secūdo. pbat hoc idē in accīdalis. qz si in accīdentalibz fieret pdicatio fm circuli tunc oporteret q̄ sicut accidens pdicaret de subiecto ita ecōtra subiectū pdicaret de accīte. vt q̄ vnū accidens pdicaretur de alio sicut de subiecto. Sed nullū illoz p̄t dici. non p̄mū. qz quādo subiectū predicat de accidente non est pdicatio fm se h fm accīns. vt pz ex pdictis. Nec secūdū. qz accīns nō est accīns. sicut q̄ntitas non est qualitas. et ergo sequitur q̄ nō p̄t esse p̄cessus in infinitū in predicatis fm se per circularionem

Querit quō pbat phs q nō sit pcedere in infinitū in predicatis fm rectū

A. l.

Reparationes

tum in sursum & deorsum. **S**olo duabz rōnibz. **P**rima in effectu est ista. **O**mnia p̄dicata sunt subalīa vel acc̄ntalia. sed nulla talia p̄nt eē infinita in sursum vel in deorsum. **S** in p̄dicat̄ nō ē p̄cedere ī infinitū fm̄ rēi. **S**ecundo p̄bat p̄mo de p̄dicat̄ subalīibz. qz illa sunt de definitōe rei. sed infinita non p̄nt esse de definitōe alicuius vt p̄us patuit. **S**ecundo p̄bat etiaz de p̄dicat̄ acc̄ntalīibz. qz oīa illa reducūt̄ ad certa genera. scz ad nouē p̄dicamēta

Ad Infinita vni accidūt. **S** est p̄cedere in infinitū in p̄dicat̄ acc̄nta libz. **S**olo licet infinita vni accidāt fm̄ potentia & in particularibz. nō t̄m̄ fm̄ actū & in vlt. qz oīa p̄dicata p̄cularia reducuntur ad aliq̄ vltā scz ad nouē p̄dicamenta accidentiū

Secūda rō stat in hoc. si esset p̄cessus in infinitū in p̄dicat̄ fm̄ rectum tūc nihil p̄tingeret simplr̄ scire. sed hoc est falsuz. **S** illud ex quo sequitur. **S** quela p̄bat. qz scire simplr̄ est p̄ demōstratōem. sed si essz p̄cedere in infinitum in p̄dicatōibz. tūc nulla esset p̄fecta demōstratio. qz nulla esset p̄positio īmediata & indēdōstrabilis. sed ql̄bet p̄missa demōstratōis esset p̄ aliā p̄ozē demōstrabilis. & illa iterū p̄ aliā in infinitū. qz **S** nō p̄tingit infinita p̄ transire sequitur q̄ nihil p̄tingeret nos p̄ demōstratōem simplr̄ scire. sed solum ex sup̄pōne. **I**ste **S** sunt rōnes logice q̄s ponit **A**ristoteles.

Querit̄. **Q**uō p̄bat p̄hs a nalyticez p̄ rōnes p̄prias demonstratiue scie q̄ sit status in extremis demōstratōis. **S**olo p̄hs innuit in effectu p̄mo istā rōnem. **D**emōstratio est ex hīs q̄ p̄dicatur p̄ se in p̄mo vel secūdo modo p̄seitatis. sed in neutro illoz p̄t esse p̄cessus in infinitum. **S**imozem p̄bat p̄hs dupl̄r. primo de secūdo mō p̄seitatis. qz secūdus modus p̄seitatis est quando p̄pria passio p̄dicat̄ de subiecto. vt cum d̄r numerus est impar. sed in p̄prijz passioibz non potest esse p̄cessus in infinitū. vt q̄ impar p̄ se sit passio numeri. & imparis cōsequenter sit alia passio. & sic in infinitū. ergo in secūdo modo p̄seitatis non potest esse p̄cessus in infinitum. **S**imoz p̄bat. qz si esset p̄cessus in infinitum in passioibz tūc oporteret p̄mum subiectum poni in definitionibz omniuz illarum passioibz. sed hoc est impossibile. qz sic idem poneretur in definitionibz infinitozum. **E**t hoc p̄firmat **A**resto. etiā tali rōne. qz p̄dicata secūdi mōdi p̄seitatis debent esse p̄uertibilia cum suis subiectis. ergo in eis nō potest esse p̄cessus in infinitū in sursum vel deorsum. **S**ecūdo probat p̄hs hoc idem in p̄mo modo p̄seitatis. qz in p̄mo modo oportet q̄ p̄dicata sint de definitōe subiecti. sed impossibile est q̄ infinita sint de definitōe vnius ergo impossibile est q̄ in p̄dicat̄ p̄mi modi p̄seitatis sit p̄cessus in infinitum. qz sic nihil p̄tingeret definire. **E**t hīs ergo infert **A**ristoteles q̄ necesse est esse statum in p̄dicat̄ versus sursum. et si versus sursum sequitur etiam q̄ sit status descendendo versus deorsum. et sequēter si est status versus sursum & deorsum sequetur ex p̄tius dictis q̄ necesse est esse statum in medijs.

Querit̄. **Q**uō iam probat p̄hs q̄ nō potest esse p̄cessus in infinitū in demōstratōibz. **S**olo tali rōne. qz vbiq̄ est deuenire ad aliqua p̄ima & indēdōstrabilia. ibi non p̄t esse p̄cessus vt

Primi posteriorū

infinitum. sed in demonstrationibus est deuenire ad aliqua prima z indeterminabilia. ergo. **¶** 2mo probatur. quia in demonstratione est deuenire ad illa qua principia. sed principia sunt prima z indeterminabilia. quia si principia demonstrarentur. tunc sequerentur multa inconuenientia. **¶** 1mo enim sequeretur qd aliquid esset prius principijs quod est contra rationem principij. **¶** Secūdo sequeretur qd omnia essent demonstrabilia z qd omnium esset demonstratio. quod falsum est. **¶** Tercio etiam sequeretur qd nulla esset propositio immediata. sed inter quolibet extrema propositio esset dare mediū non solum extraneū sed etiam intrinsecum. per quod talis propositio posset demonstrari. et sic esset processus in infinitum in medijs quod tñ est impossibile propositio sic statim in extremis. vt pz ex p̄us dictis

Queris Quot correlaria infert phs ex dictis. **¶** Solo. tria. **¶** Primum est qd si aliquid insit duobz p̄ aliquod comune tunc non oportet qd illud comune ipsi insit p̄ aliud cōmune. **¶** Exempla gratia si haberetres angulos insit ysocheli z scalaron p̄ aliquod comune quod est triangulus. tñc nō oportet qd triangulus insit eis p̄ aliud comune. **¶** Et rō illius est qd si sic tñc sequeretur qd media essent infinita extremis existētibz finitis quod est impossibile iuxta p̄us dicta

¶ Secūdam correlariū est qd oīs propositio que habet aliquod mediū inter subiectū z predicatū est demonstrabilis. sed illa que nō habet mediū est indemonstrabilis z immediata. **¶** Et tales immediate propositioes sunt vera elemēta demonstrationis aut omēs aut vles z p̄me. quod addit notanter. qd inter vles propositioes quādam sunt magis vles p̄ alie. z ille etiam sunt maxime elemēta. **¶** Et sicut hoc correlariū haberet veritatē in propositioibus affirmatiuis ita etiā in negatiuis. ita qd in negatiuis propositioibus quedam sunt mediate z quedam immediate.

¶ Tercium correlariū est. qd si debeat aliquid ostendi per demonstrationem tñc demonstrationes debēt esse immediate. z si nō sunt immediate tñc sunt reducende ad immediatas

Queris Quomodo debent reduci propositiones mediate ad immediatas. **¶** Solo. hoc docet phs dupliciter. primo in affirmatiuis. secūdo in negatiuis

Queris Quō docet h̄ in affirmatiuis. **¶** Solo. dicit qd si sit aliq̄ propositio affirmatiua immediata. tunc d̄ sumi aliqd̄ quod sit supra subiectū z sub predicato. quousq̄ predicatū immediate dicat de subiecto. **¶** Exēplū grā. ista propositio hō est suba est mediata. si igitur aliqd̄ vellet eā reducere ad immediatā. d̄ p̄mo accipe aīal quod est supra hominem. z postea supra aīal d̄ accipe corpus aīal. z postea corp⁹. qd sic faciendo densabit mediū z nullū manebit spacium vacuū z deueniet tandē ad immediatā istā. sc̄z oīne corp⁹ est suba. q̄ est propositio vna z simplex. z principium demonstrationis omnium aliarū. **¶** Et sic declarat phs p̄ se in alijs. nā in rebus ita est qd magis simplex z medius est principium omnium aliorū. sicut in ponderibus vncia. z in melodijs tonus. ergo etiā sic erit in demonstrationibus qd propositio immediata que est vna et simplex debet esse principium omnium aliarum.

Reparatiões


Querit Quō docet p̄hs in negatiuis reducere p̄pōnes mediā
 tas ad immediatas. **Solo** hoc docet p̄hs tripl̄r. **Pr̄**
 mo in p̄ma figura, et d̄t q̄ ad reducendū aliquā p̄pōnem mediātā ad im̄
 mediātā in p̄ma figura debet sumi mediū qd̄ est supra subiectū z a quo p̄t
 us remoueat maior extremitas q̄ a minore extremitate. et hoc faciendū est
 quousq̄ deueniat ad aliqd̄ p̄mū a quo p̄mo maior extremitas remoueat.
Exemplū, vt ista p̄pō est mediata. nullū aīal est q̄ritas. sumat q̄ aliqd̄ me
 diū quod est supra aīal. sicut corpus aīatum. z postea supra corpus aīatus
 corpus. z supra corpus subam. nam sic faciendū deuenit ad p̄pōnem nega
 tiuā immediatā istā scz. nulla suba est q̄ritas. qz ibi supra subiectū nō est am
 plius aliqd̄ accipe de quo p̄mo q̄ritas neget

Secūdo ostendit hoc idem in secūda figura. z d̄t q̄ ad reducendū p̄pō
 tionem mediātā ad immediatam in secūda figura etiam debet sumi mediū
 um quod est supra subiectū z a quo p̄mo remoueat medium q̄ maior
 extremitas remoueat a minore. et qz nō p̄tingit supra subiectū sumēdo ire
 in infinitū. p̄tingit tandē sic sumēdo deuenire ad immediatā

Tercio ostendit quō iste modus reducendi mediatas ad immediatas. nō
 est vtilis in tercia figura. Et rō illius est. quia medium in tercia figura est
 semper subiectum z non excedit aliquod ext̄remoz. et ergo si sumeret me
 dium fm̄ dispositionem tercie figure magis t̄retur ad p̄pōnes mediatas q̄
 immediatas. **Exemplū** est. vt si ad demonstrandū q̄ animal est substantia
 sumeret hoc mediū qd̄ est homo. vel ad demonstrandū q̄ nullū animal est
 q̄ritas sumat idem mediū. dicendo hō est substantia. vel nullus hō est q̄rit
 tas. tales p̄pōnes sunt magis mediate q̄ p̄me

Octauus tractatus

Cum aut̄ sit demonstratio. alia quidē v̄lis. alia vero par.
In octauo tractatu. p̄hs determinat de p̄paratione demonstratorum
 ad inuicem



Primi Posterior

Querit Quare non ponit hic p^hs quartā diuisionē demonstratiōnis qua se^z diuidit in demonstratiōem p^oter q^d z q^a Solutio illa superius posita fuit in quarto tractatu. Et ibi etiā cōpare fuerunt ille demonstratiōnes ad inuicē tam in vna scientia q̄ in diuersis. et ergo illam diuisionem hic non resumit.

Querit Quid ē demonstratiō v^ls. **S**o^o demonstratiō v^ls ēi qua p^oria passio demonstrat de suo p^orio z adequato subiecto per causam que est de omni per se z fm q^o ipm. Exemplū est vt omne aīal rōnale aptū natū ad ridendū est risibile. Sed hō est aīal rōnale aptū natū ad ridendum. ergo hō est risibilis.

Querit Quid est demonstratiō particularis. **S**olutio demonstratiō particularis est in qua p^oria passio demonstratur de subiecto cui licet insit de omni z per se nō tamen conuertibiliter sicut q^u passio demonstrat de inferiori vel de superiori sui p^orij subiecti. Sicut si habere tres angulos demonstrat inesse ysocheli. vel si risibile demonstrat inesse aīali est demonstratiō particularis.

Rulla est demonstratiō particularis. ergo. **A**ūs p^oatur. quia particularē non scitur. **S**olutio demonstratiō in p^oposito p^orie loq^udo nō dicit particularis vt p^oulare idē est q^o singulare sicut imaginat ar gumentū sed dicit particularis a particulari seu partiali appropriatiōe causę seu mediū. Et ergo q̄uis idem sit mediū in demonstratiōne v^ls z particulari fm substantiā non tñ fm virtutem. quia in demonstratiōne v^ls est ap^o propriatū z adequatū sed in particulari non.

Querit Que illaz demonstratiōnū est potior vtruz vniuersalis vel particularis. **S**olutio demonstratiō vniuersalis est potior q̄ particularis. Et hoc p^oatur p^hs septem rōnibus.

Prima est. illa demonstratiō est potior que magis ostendit causam z p^oter quid. sed demonstratiō v^ls est h^omōi. ergo est potior particulari. **A**ūs p^oatur quia subiectum v^ls passiois est illud cui per se z primo passio inest. Particulare vero est cui inest ex cōsequenti z secundo iam primo in vnoquoq^z genere est magis causa q̄ secundū.

Secunda rō illa demonstratiō est potior que resoluit cōclusionē v^ls ad causam vltimā vltra quā non contingit querere aliā. sed demonstratiō v^ls est h^omōi z non particularis. **S**o^o p^oatur quia p^o causaz vltimā maxime scimus. **Q**uoz p^oter q^z demonstratiō v^ls resoluit cōclusionēz v^l q^z ad prima p^oncipia. sed cōclusio particularis non quia illa sumit p^o p^oncipio cōclusionem demonstratiōnis v^ls.

Tercia rō illa demonstratiō est potior que magis recedit ab infinito s^z vniuersalis demonstratiō est h^omōi. **S**o^o p^oatur. q^z demonstratiō facit scire sed infinita vt h^omōi non sunt scibilia. **Q**uoz pater quia induit dua et singularia fm potētiā diuisibilitatis materie sunt infinita. sed v^ls magis recedit a singularibus z indiuiduis. **S** magis recedit ab infinito.

Quarta rō illa demonstratiō ē potior que magis facit scire. Sed demon

R ij

Reparationes

stratio vltis magis facit scire. \bar{g} est potior. **¶** Minor probatur. quia demonstratio vltis facit scire hoc et illud. sed demonstratio particularis facit scire hoc tñ id est demonstratio vltis facit scire vlt et etiã particulare contentũ sub tali vlt sed demonstratio particularis facit scire particulare tñ.

¶ Quinta rō est illa demonstratio est potior que procedit ex medio p̄inquo et primo principio. sed vltis est h̄mōi. \bar{g} . **¶** Minor probatur. quia vniuersalis procedit ex principio immediato sed particularis solum ex principio mediato quia illa capit cōclusionem demonstratōnis vltis p̄ medio.

¶ Sexta rō est. Illa demonstratio est potior que procedit ex potioribus p̄positionibus. sed vniuersalis demonstratio est h̄mōi. \bar{g} . **¶** Minor probatur. quia demonstratio vltis procedit ex p̄positiōnibus vniuersalibus particularis vero ex particularibus. **¶** Jam p̄positio vniuersalis est potior q̄ particularis. quia p̄positio vniuersalis facit scire vniuersale et particulare. particularis vero facit solum scire particulare. **¶** Et ista rō differt a quarta. quia illa loquitur de cōparatione cōclusionũ. ista vero de cōparatōne p̄ponũ.

¶ Septima rō est. Illa demonstratio est potior que est magis intelligibilis. sed vniuersalis demonstratio est h̄mōi. ergo est potior. **¶** Minor probatur quia in demonstratōe vniuersali p̄cluditur vniuersale quod solo intellectu cognoscitur. sed in demonstratōne particulari concluditur particulare. q̄b̄ directe per sensum cognoscitur.

¶ Queritur. Quorū rōnes ponit p̄his quibus arguitur quod demonstratio particularis debet esse potior q̄ vniuersalis. **¶** Solutio tres.

¶ Prima est. Quia illa demonstratio debet esse potior que magis facit scire sed demonstratio particularis magis facit scire q̄ vniuersalis. ergo demonstratio particularis est potior. **¶** Minor probatur. quia demonstratio particularis facit scire s̄m se et in p̄pria forma. vniuersalis vero facit scire s̄m aliud tñ. sed magis est scire aliquid s̄m se et in p̄pria forma q̄ s̄m aliud. **¶** Sed istam rōnem debet dici quod illa rō plus valet ad sui intentionis oppositũ q̄ p̄positũ. **¶** Et rō est. quia si illud quod facit scire s̄m et ip̄m magis facit scire q̄ illud quod facit cognoscere s̄m partem tunc sequitur quod demonstratio vniuersalis est potior q̄ particularis. **¶** Sequela patet quia demonstratio vniuersalis facit scire passionẽ de suo proprio subiecto cui vniuersaliter et ade quate conuenit. **¶** Sed demonstratio particularis facit scire passionem solũ de inferiori sui subiecti cui non conuenit vniuersaliter et adquare. quia passio non conuenit inferiori nisi gratia sui superioris.

¶ Secunda ratio est. Illa demonstratio est potior que est de magis ente sed particularis demonstratio est h̄mōi. ergo est potior. **¶** Minor probatur quia vniuersale non est aliquid p̄ter singularia. sed demonstratio vniuersalis facit opinari et videri quod vniuersale sit aliquid et quod habeat aliquã entitatem in natura. **¶** Sed ad hanc rōnem dicitur p̄his quod minor est falsa. quia vniuersale est magis ens q̄ particulare. **¶** Et ratio est quia cum de rōne vniuers

Primi posteriorū

salis sit q̄ sit in multis non equiuoce sed vniuoe ipsum est incorruptibile
Singularia vero corrumpuntur cum igitur incorruptibile sit magis ens
q̄ corruptibile sequitur q̄ demonstratio vniuersalis est de magis ente q̄
particularis z per consequens etiam potior particulari.

Tercia ratio est. Illa demonstratio est potior que minus facit errare,
sed particularis minus facit errare. ergo est potior. **P**otior patet quia er-
ror contrariatur scientie que est finis demonstratōnis. **P**otior probatur.
quia vniuersalis demonstratio facit opinari q̄ vniuersale sit sepatum a sin-
gularibus quia ipsa demonstrat aliquid de aliquo cōmuni fm se quasi cas-
le cōmune sit aliquid preter singularia. **S**ed ad istam rōnem dicit phus q̄
demonstratio vniuersalis non est causa illius erroris z false opinionis qua
aliquis opinatur vniuersale esse aliquid fm se extra singularia. **S**ed cau-
sa illius erroris est inconsideratio ipsius intelligentis in q̄tum scz aliquis
opinatur q̄ hoc quod potest intelligi sine alio q̄ hoc possit etiam esse sine a-
lio quod tamen falsum est sicut patet in accidentibus. **A**ccidentia em̄ pos-
sunt intelligi z significari sine substantia sicut quando dicitur in abstra-
cto albedo nigredo z sic de alijs, z tamen nō sequitur q̄ accidentia possint
a parte rei esse sine substantia. **P**atet ergo q̄ tres iste ratōnes probantes
q̄ demonstratio particularis sit potior vniuersali non concludunt. **I**stas
tamen ratōnes phylsophus in textu preponit ante alias septem sed pro
facilitati memoria hic eas per modū argumentoz subiunxit.

Capitulum secundum

Quæ autem affirmatiua sit potior priuatiua hinc manife-
stum est. Si enim zc.

In hoc secundo capitulo phylsophus agit de comparatōne demon-
strationis affirmatiue ad negatiuam.

Queris. **Q**uid est demonstratio affirmatiua. **S**olutio fm au-
ctorem tractatus correspondentis libro posteriorum sic
definitur. q̄ demonstratio affirmatiua est que demonstrat necessitatez sue
conclusionis in barbara. quia in illo modo fiunt omnes demonstrationes
potissime vt superius p̄batum fuit. **S**ed demonstratio particularis est
que demonstrat necessitatem sue conclusionis in celarent vel in alio mo-
do negatiuo. negatiua

Queris. **Q**ue illarum demonstrationum est potior vtrum affir-
matiua vel negatiua. **S**olutio phylsophi q̄ affirma-
tiua est potior. **E**t hoc probat quinqz rationibus.

Prima ratio est. Illa demonstratio est potior que procedit ex pauioribz
sed demonstratio affirmatiua est huiusmodi. ergo est potior. **P**otior p̄-
bat phus quia ceteris paribus pauioza media conuenientius probant

A. iij

Reparatiões

¶ Plura quia si sint eque nota tunc citius contingit cognoscere per pauca
q̄ multa. **V**inorē etiā p̄bat. quia demonstratio affirmatiua p̄cedit soluz
ex p̄pōnibus affirmatiuis. sed demonstratio negatiua illa procedit ex affir
matiua ⁊ negatiua simul.

Ad demonstratio affirmatiua habet tot terminos ⁊ p̄pōnes q̄t habz
negatiua. **S** demonstratio affirmatiua non p̄cedit ex p̄pōnibus
q̄ negatiua. **S**olutio q̄ demonstratio affirmatiua nō dicit p̄cedere ex
p̄pōnibus q̄ negatiua q̄tū ad terminos ⁊ p̄pōnes sed q̄tū ad qualitatē
rem p̄pōnum. quia scz affirmatiua p̄cedit ex solis affirmatiuis p̄pōnibus.
sed negatiua ex vna affirmatiua ⁊ alia negatiua vt dicitur fuit.

Secunda rō est. **I**lla demonstratio est potior que p̄cedit ex efficacioribz
et magis credibilibus. sed demonstratio affirmatiua est h̄mōi. **S**inor
p̄batur. quia demonstratio affirmatiua p̄cedit ex p̄pōnibus affirmatiuis.
sed ille sunt efficaciores q̄ negatiue. q̄ ex duabz affirmatiuis p̄t fieri syllo
gismus non autem ex duabus negatiuis.

Tercia rō ē. **I**lla demonstratio est potior que aliā demonstrat ⁊ ad quā
alia reducitur. sed principia demonstratiōnis negatiue resoluunt in affirma
tiua ⁊ ostendūtur p̄ eam. **S**inor p̄batur. quia in demonstratiōne nega
tiua si ante premisse sint mediate ita q̄ debeant p̄syllogisari ⁊ resolui in sua
principia tūc affirmatiua debet p̄syllogisari ⁊ resolui in duas affirmatiuas
et negatiua in vnā affirmatiuā ⁊ aliā negatiuā. **E**t ita tali resolutiōne erūt
quatuor p̄pōnes quaz vna soluz erit negatiua ⁊ alie tres affirmatiue. **C**ū
ergo illud p̄ quod aliud demonstrat ⁊ p̄batur sit notius ⁊ credibilis eo
q̄ per ip̄m demonstrat se q̄tū q̄ p̄positio affirmatiua sit notius ⁊ credibilis
ō q̄ negatiua. ⁊ p̄ p̄ns etiā demonstratio affirmatiua erit potior ⁊ dignior
q̄ negatiua.

Quarta rō ē. **I**lla demonstratio est potior que habet dignius ⁊ nobilis
us principium. sed demonstratio affirmatiua est h̄mōi. **S**inor probat
quia principium demonstratiōnis affirmatiue est p̄positio vniuersalis affir
matiua. ⁊ principium negatiue est p̄positio vniuersalis negatiua. sed pro
positio affirmatiua est potior q̄ negatiua. **T**um primo. quia per affirmati
uam probatur negatiua ⁊ non e contra. **T**um secundo quia affirmatio ha
bet se sicut esse. negatio vero sicut non esse. sed esse naturaliter potius est et
prius q̄ non esse.

Quinta rō est. **I**lla demonstratio est potior ex qua aliā dependet sed de
monstratio negatiua dependet ex affirmatiua. ergo demonstratio affirma
tiua est potior. **S**inor p̄batur. quia non potest esse demonstratio negati
ua sine p̄positiōne affirmatiua vt prius patuit.

Ad videtur q̄ demonstratio negatiua sit potior q̄ affirmatiua. **S**
istud dicitur est falsum. **A**necedens probatur. quia illa demon
stratio est potior que habet fieri in pluribus figuris. sed demonstratio nega
tiua est h̄mōi. ergo. **S**inor patet quia demonstratio affirmatiua so
lum fit in prima figura. sed negatiua hz fieri in qualibz. **S**o q̄ maior ē solz
sā q̄ posse fieri in pluribus figuris non arguit perfectionem sed magis

Primi Posteriorum

imperfectōnem. Et q̄ hoc verū sit patz qz als vltis affirmatiua effec̄t ip̄e
fectissima qz illa nō cōcludit̄ in aliqua figura nisi in prima z i vno mō tū.

Ad demonstratio negatiua vritur duplici qualitate suaz p̄missarū
affirmatiua solū simplici. ḡ negatiua est potior qz est pluralior in
forma. Solo licet demonstratio negatiua sit pluralior in forma ex pre
suaz p̄missarū nō tamē ex parte cōclusionis. qz ergo formalitas syllogis
mi attendit̄ s̄m cōclusionē. z cōclusio negatiua debilior est q̄ cōclusio affir
mariua seq̄tur q̄ demonstratio negatiua etiā debilior est z imperfectior
q̄ affirmatiua.

Capitulum tertium

Quid dem cathegorica zc.

In tercio capitulo p̄nter p̄hs p̄par demonstratōnem offensiuā ad des
monstrationem ad impossibile.

Querit̄ Que vocat̄ demonstratio offensiuā. **Solutio** demon
stratio offensiuā est que ondit̄ necessitate sue cōclusionis
discursu directo z ordinato a maiore p̄ minore ad illatōnē cōclusionis. p̄ce
dente. Tel sic vt dicūt alij demonstratio offensiuā est que p̄cedit̄ ex p̄missis
sic veris z notioribus cōclusionē ad inferendū cōclusionē simpliciter verā
Exemplū vt omne aīal rōnale aprum natū ad ridendū est risibile. ois hō
est aīal rōnale aprū natū ad ridendū. ḡ ois homo est risibilis.

Querit̄ Quid est demonstratio ad impossibile. **Solutio** demō
stratio ad impossibile est syllogismus reciprocans p̄se
missam ex incōpossibilitate cōclusionis actualiter vt h̄turaliter syllogizare
Et dicit̄ notanter actualiter vel h̄turaliter qz perinde est ad demonstratō
nē ad ip̄ossibile siue cōclusio sit p̄us syllogisata actualr siue sit syllogisablr
Alij tñ solent cōter sic definire z in idem redit̄. Demonstratio ad impos
sibile est que p̄cedit̄ ex opposito cōclusionis vere cū vna p̄missa vera ad
inferendū cōclusionē manifeste falsaz ex cur̄ interemptōne interimitur p̄e
missa falsa z fit reditus ad p̄bandam cōclusionē p̄ncipaliter intentam.

Querit̄ Quō cōueniunt iste demonstratōnes onsiua z ad im
possibile. **Solo** cōueniunt in duobus. Primo qz pos
sunt fieri ex eisdem terminis qñ ordinantur ad p̄bandū eandem conclusio
nem. Secūdo etiā cōueniunt qz in vtrac̄q̄ demonstratōne negatiua cōclu
sio finalis p̄bat̄ p̄ aliam negatiuā notiorē se. Et hoc manifestū est in des
monstratione offensiuā negatiua. Sed in demonstratōne ad impossibile
sic ostendit̄. quia qñ syllogismus prior est affirmatiuus tunc oppositum cō
clusionis eius est negatiuū. z ex illo tanq̄ ex notiori in syllogismo ad ip̄os
sibile concluditur finaliter oppositum alicuius p̄missē. z hoc oppositum
est p̄positio negatiua p̄ncipaliter p̄banda p̄ ralem syllogismū ad impossibi
le. Et ergo patet q̄ in syllogismo ad impossibile. cōlo finalis negatiua
p̄bat̄ per aliam notiorē se.

Querit̄ Quō dñt̄ iste demōstratōnes. **Solo** sic dñt̄. qz in
demōstratōne onsiua syllogisat̄ ex p̄missis simp̄lr notior

Reparationes

ribus et prioribus conclusionibus sed in demonstratio[n]e ad impossibile syllogizatur ex posteriori et minus noto ad notius. Et ratio illius est quia in syllogismo ad impossibile conclusio est notior in sua falsitate quam premissa et oppositum conclusionis est notius in sua veritate quam oppositum premissae.

Queritur Que istarum demonstratio[n]um est priorior. An demonstratio ostensiva vel ad impossibile. **Solutio** demonstratio ostensiva est priorior. Et ratio illius est quia illa demonstratio est priorior quam procedit ex prioribus et notioribus secundum naturam. sed demonstratio ostensiva est hinc inde. ergo est priorior. **Minor** probatur. quia principia conclusionis sunt secundum naturam priora et notiora conclusioni. Sed demonstratio ostensiva ostendit conclusionem per principia. sed demonstratio ad impossibile ostendit premissam per conclusionem que est principiata. **g.**

Ad videtur quod demonstratio ad impossibile esse procedat ex notioribus et prioribus. **g.** illa ratio probatur est falsa. **Ans.** probatur quod licet conclusio que inferitur in syllogismo ostensiuo ut sic sit posterior tamen ipsa vel eius opposita secundum quod sit premissa in syllogismo ad impossibile sic est prior et notior. quia sic sit principium ad interimendum aliud. Ad illam cauillationem respondeo philosophus. quod licet hoc quod est conclusio in syllogismo ostensiuo postea fiat premissa in syllogismo ad impossibile ex hoc tamen non sequitur quod sit principium prius et notius simpliciter et secundum naturam sed solum secundum quod ad hypotesin rudentem in quantum scilicet sumitur ut principium solum ad hoc ut possit fieri syllogismus contra hypotesin rudentem. Sed illa que sunt in syllogismo ostensiuo sunt principia simpliciter ex quibus inferitur conclusio ex eis principiata. Et ergo in syllogismo ostensiuo premissae se habent ad conclusionem ut totum ad partem non autem in syllogismo ad impossibile.

Ad videtur quod demonstratio ad impossibile sit priorior demonstratio[n]e ostensiva. ergo dictum probatur est falsum. **Ans.** probatur quod demonstratio ad impossibile videtur digniori et prioriori principio. quia videtur primo principio quod est de quolibet affirmatio vel negatio de nullo vero simul. **Solutio** quod dignitas demonstratio[n]is non sumitur ex quibuslibet principijs sed ex principijs intranscendentibus demonstratio[n]em secundum substantiam iam hoc primum principium non intrat demonstratio[n]em ad impossibile secundum substantiam sed solum secundum virtutem.

Nonus tractatus

Certior autem sciam et prior quecumque ipsius quod et propter quid

In nono et ultimo tractatu huius primilibri philosophus determinat de comparatione sciam ad inuicem. Et dividit in duo capitula. In quorum primo philosophus comparat scientiam ad sciam. In secundo vero comparat sciam ad habitum intellectuales. **Primum** capitulum habet sex partes. In prima comparat philosophus sciam ad sciam per se certitudinem. In secunda penes unitatem et pluralitatem. In tertia ostendit quod eadem conclusio potest demonstrari per plura media. In quarta quod casualium et fortuitorum non potest esse scientia. In quinta quod eorum que eos

Primi Posteriorum

gnoscuntur per sensum non potest esse scientia. Et in sexta q̄ oim̄ syllogis-
morum non possunt esse eadem principia.

De certitudine scientiarum.

Querit̄ Circa primā partē capituli q̄t̄ modis vna sciētia potest esse cer-
tior alia. Solo phi q̄ tribus modis. Primo modo illa
scientia est certior que demonstrat quia et propter quid q̄ illa que demonstrat
quia t̄m̄. Et sic scientia subalternans semper est certior q̄ scientia subalter-
nata. Secundo modo illa scientia est certior que non est de subiecto q̄ illa
que est de subiecto et sic arithmetica est certior q̄ musica et geometria certi-
or q̄ perspectivā.

Ad Omnis scientia habet subiectū. ergo male dicitur hic q̄ illa scientia ē
certior que non est de subiecto. Solutio. Aresto. non loquitur hic
de subiecto attributōnis sed per subiectum intelligit materiā sensibilem.
Vnde ille scientie in proposito dicitur non esse de subiecto que abstrahunt a
materiā sensibili sicut sunt scie pure mathematice vt arithmetica et geome-
tria. Et ille dicitur esse de subiecto que non abstrahunt a materiā sensibili si-
cut sunt scie medie que sunt partim mathematice et partim phice vt musica
et perspectivā ille em̄ considerant subiectū mathematicū ad materiā sensibile
contractum. Et ergo scientie pure mathematice dicuntur esse certiores q̄
iste. Tercio modo illa scientia est certior que est ex minoribus et pauco-
ribus q̄ illa que est ex appositione seu additione. et sic arithmetica certior est
q̄ geometria. quia arithmetica est de vnitatis et q̄ de principio. geometria
vero de puncto sed vnitatis est simplicior puncto quia punctum superad-
dit substantie vnitatis positionem in continuo.

Ad Sunt t̄m̄ duo modi quibus vna scientia dicitur certior alia. ergo
male ponuntur hic tres. Antecedens probatur p̄ phi in probes-
is de anima. Solutio. q̄ phi in proemio de anima non ponit prope-
modos certitudinis sed modos dignitatis et illi sunt duo t̄m̄. Sed hic po-
nit modos certitudinis et illi sunt tres vt paruit.

De vnitatis et diversitate scientiarum

Querit̄ Circa secundā partē capituli a quo scia habet suā vnitatis
tem. Solo phi q̄ scia capit suā vnitatis principaliter a
subiecto. ita q̄ illa scia proprie dicitur vna que est vni⁹ generis scibilis siue sub-
iecti. Possunt t̄m̄ ex textu elici quatuor conditiones requisite ad vnitatis scie
Prima est vnitatis generis scibilis. i. subiecti. Secunda est idēitas primorum principio-
rum. Tercia est q̄ habeat partes p̄ se. Et quarta est q̄ habeat etiā p̄ se pas-
siones q̄ pbant subiecto vel p̄ se in esse.

Querit̄ Quō pbat hoc q̄ scia capit suā vnitatis principaliter a sub-
iecto. Solo p̄ extra textū sic pbat. Sicut se h̄z obiectū
ad potentia ita etiā se habet subiectū ad sciam sed potentia sumit vnitatis
suā a suo obiecto. Et etiā scia debet capere suā vnitatis a suo subiecto.

Reparationes

Queritur Quare scientia potius et principalius capit unitatem a subiecto quam a passione vel dignitate. **Solutio** ratio est quia quod diuersae scientie non communicant in suis propriis subiectis sed bene coeunt in passionibus et in dignitatibus sicut patet de scientia subalternante et subalternata.

Ad diuersae scientie possunt habere idem subiectum ergo scientia non debet capere unitatem suam a subiecto. **Ans.** probatur quia de eadem re potest considerari in physica mathematica et metaphysica. **Solutio** licet diuersae scientie possunt considerare de eadem re materialiter non tamen formaliter quia in diuersis scientiis semper est alia et alia formalis ratio considerandi sub qua omnia considerantur in illa vel illa scientia.

Ad ab illo scientia non capit unitatem quo destructo potest scientia adhuc manere sed destructo subiecto potest scientia adhuc manere ergo minor probatur de scientia rose in hyeme. **Solutio** licet hoc subiectum quod est rosa non habeat in hyeme esse existentie actuale in rebus tura habet tamen adhuc esse existentie radicale quod conuenit sibi per comparationem et relationem ad sua principia sicut etiam superius dictum fuit.

Queritur a quo scientie capiunt suam diuersitatem. **Solutio** ab illo a quo capiunt principia. **Et** ratio illius extra textum est. Quia ab illo capit scientia diuersitatem a quo in eadem fluunt diuersae passionnes considerate in diuersis scientiis sed diuersae passionnes fluunt a diuersitate principiorum. **Et** minor patet quia ex hoc quod unus et idem subiectum materialiter comparatur ad diuersa principia pro hoc ex eo fluunt diuersae passionnes de quibus consideratur in diuersis scientiis.

Queritur Quot modis scientie dicuntur esse diuersae. **Solutio** duobus modis. Uno modo ille scientie dicuntur esse diuersae quia principia neque sunt penitus ex eisdem neque penitus ex diuersis. **Et** hoc modo scientia subalternans et subalternata sunt diuersae. **Et** tales scientie non sunt simpliciter diuersae. **Alio** modo ille scientie dicuntur esse diuersae quorum principia penitus ex alteris sunt ad unum aliquid non respicientibus. **Et** tales scientie que sic sunt diuersae sunt simpliciter diuersae sicut physica et mathematica. **Et** hoc probatur per se a signo quod oportet ea quae demonstrantur seu conclusiones esse in eodem genere cum principijs indemonstrabilibus ut patet ex prius dictis quod non contingit demonstratores descendere de genere in genus. **Et** ergo sequitur ex opposito quod si principia indemonstrabilia sunt diuersa et in diuersis generibus quod demonstrata seu conclusiones ex eis demonstrare erunt in diuersis generibus et per consequens ille scientie erunt simpliciter diuersae quorum principia sunt diuersa.

Ad ab eodem res capit diuersitatem a quo habet suam unitatem sed dictum est prius quod scientia capit suam unitatem a subiecto ergo etiam debet capere suam diuersitatem a subiecto et per consequens male dictum est quod scientie capiunt suam diuersitatem a principijs.

Primi posteriorū

Solutio q̄ ab eodem formalr p̄siderato h̄z etiā scia suam vnitatem z diuersitatē. **¶** Pro quo norandū est q̄ subiectū p̄r dupl̄r p̄siderari. vno marenalr z sic a subiecto nec causat vnitatis scie nec diuersitas pp̄rie. Alio mō formaliter z sic ab vnitare subiecti formaliter p̄siderari causatur vnt̄tas z a diuersitate eius causat diuersitas scie. **¶** Sz tñ qz illa diuersitas for malis subiecti causat a p̄ncipijs. ideo p̄ma ratio diuersitatis attribuit p̄ncipijs sz p̄ma ratio vnitatis attribuit subiecto.

Eadē conclusio potest demonstrari p̄ plura media.

Querit̄ Circa tertiam partem capituli. verum eadem conclusio possit demonstrari p̄ diuersa media. **Solo** p̄hi q̄ sic. **¶** Querit̄ ad qd̄ p̄positum ostendit hoc p̄hus h̄ic. **¶** Solutio ad remouendū dubium. dictū em̄ est tam quō scia est vna z qz scia est effectus des monstratōnis possit aliquis dubitare an ad sciam vnius conclusiois non possit adduci plures demonstratōnes vel plura media. **¶** Ad hoc ergo dubium remouendū d̄r h̄ic p̄hus q̄ sic q̄ eadem cōclusio potest bene demonstrari per plura media.

Querit̄ Quot modis p̄tingit hoc q̄ eadē conclusio demonstrat̄ p̄ plura media. **Solutio** duob̄ modis. vno sumēdo plura media eiusdē ordinis z nō p̄tinua extremis. **¶** Exempli gratia ad p̄bandū istam conclusioē ois h̄o est sub a p̄ sumi hoc mediū qd̄ est corpus vt hoc mediū qd̄ est aīal q̄ sunt media eiusdē ordinis nō p̄tinua hoc est nō im̄mediata vtriqz extremoz. vñ potest sic argui. **¶** Om̄e corpus est substantia ois h̄o est corp̄. ergo ois h̄o est substantia. **¶** Vel sic om̄e aīal est substantia. ois h̄o est aīal. ergo ois h̄o est substantia. **¶** Alio mō sumendo plura media diuersoz ordinū. **¶** Exemplū vt ad p̄bandū istam conclusioē. om̄e letans transmutat̄ p̄r sumi hōd mediū quod est mouens se. ergo om̄e letans mouens se transmutatur. sed om̄e letans est mouens se. vt sic. **¶** Om̄e transmutatur. vel potest sumi hoc mediū quiescens sic dicendo. om̄e quiescens transmutat̄. sed om̄e letans est quiescens. ergo om̄e letans transmutatur. **¶** Abi em̄ illa duo media scz mouens se z quiescens sunt diuersoz ordinū et opposita z tñ sumunt̄ ad p̄bandū eandē conclusioē.

¶ Casualiū z fortuitoꝝ nō est scia.

Querit̄ Circa quartā partem capituli. **¶** Vtr̄ eoz que fiunt a casu et fortuna p̄r esse scia p̄ demonstratōem. **¶** Solutio p̄hi q̄ nō. **¶** Et hoc ostendit dupl̄r. **¶** Primo quo ad p̄missas. scdo quo ad cōclusioē. **¶** Ex p̄e p̄missaz ponit talem rōnem. **¶** Om̄is demonstratio p̄cedit ex necessarijs aut ex his q̄ sūt frequēter. sz casualiaz fortuita sūt extra sp̄ et frequēter. ergo eoz nō potest esse scia per demonstratōem. **¶** Ex p̄e cōclusiois ponit talem ratōem. **¶** Om̄is conclusio demonstratōnis est necessaria vel vt frequēter vera sz casualia z fortuita nō sunt necessaria nec vt frequēter vera. ergo eoz nō p̄r esse scia tanq̄ conclusiois. **¶** Maior. p̄ba. qz ex p̄pōnibus necessarijs sequitur conclusio necessaria z ex p̄pōnibus veris vt frequēter sequitur conclusio vt frequēter vera. z nunq̄ ex p̄pōnibus necessarijs aut

Reparationes

ut frequenter verus per se conclusio vera ut in paucioribus. quod sic sequitur et aliam
pmissa essent vere et conclusio falsa quod est impossibile. pars ergo quod necesse
est quod omnis conclusio demonstratio nis sit vel necessaria vel ut frequenter verus
ra. **S**imiliter pars. quia casualia et fortuita sunt extra semper et frequenter et
ut in paucioribus.

Ad hunc scdo physicorum determinat de casu et fortuna. ergo eorum
que sunt a casu et fortuna potest esse scientia. **S**olutio casualia
et fortuita possunt considerari dupliciter. vno modo in speciali. **E**t sic de
eis non potest esse scientia. **A**lio modo in communi et sic de eis potest esse alia
quo modo scientia quae scilicet docetur quod ipsa in generali sic dicta sunt casualia
et fortuita.

¶ Sensibile non est scientia.

Queritur **C**irca quintam partem capituli **U**trum eorum que
cognoscunt per sensum potest esse scientia. **S**olutio phi quod non. **E**t ratio est. quia scientia est vniuersaliū que sunt vbiq; et
semper. sed ea que cognoscuntur per sensum sunt singularia que sunt hic et
nunc. ergo eorum non potest esse scientia.

Queritur **Q**uis fuit error quorundam antiquorum circa hoc
solutio quod volebant dicere quod eorum que co
gnoscuntur per sensum esset scientia. quia dicebant quod scire et sentire essent idem
sed philosophus dicit quod hoc est falsum. **E**t ostendit hoc per duo exempla. **P**ri
mum est. quia si cognosceremus per sensum quod iste triangulus habet tres
angulos equales duobus rectis adhuc tamen non sciremus vniuersaliter
quod omnis triangulus habeat tres angulos equales duobus rectis. **E**t ra
tio est. quia sensus est solum singularium huius vel illius. **S**ed scientia co
sistit in cognoscendo vniuersale. **S**ecundum exemplum est. **S**i aliquis esset super
praelunam et videret interpositionem terre inter solem et lunam talis ad sen
sum cognosceret lunam eclipsari propter talem interpositionem tamen ad
huc non haberet scientiam de eclipsi lune. quia adhuc non sciret vniuersaliter
Quartum exemplum est. **Q**uicquid tu dicis esse hoc tu dicis esse. **S**z lapidem dicis esse. ergo tu lapis dicis esse. **E**t ibi multiplicitas etiam puenit ex parte illius pnominis hoc q; potest esse nominatiui casus z constitui cum supposito illius verbi dicis quod est tu tãq; determinatio eius sub h sensu. **Q**uicquid tu dicis esse tu hoc supple exites dicis ee. z sic maior est falsa. vel potest esse accusatiui casus z constitui cum illo verbo dicis a pre posteriori vt sit sensus. **Q**uicquid tu dicis esse hoc. id est illam rem tu dicis esse. z sic maior est vera.

Secundus modus est. quando oratio fcat. plura vnũ pncipaliter z aliud transumptiue. **E**t de hoc modo phus nõ exemplificat in textu. potest tamen dari tale exemplum. quicunq; arat licetus scindit terram aratro. **S**ed qui docet indocilem arat licetus. ergo scindit terrã aratro. **I**bi em illa orõ arare licetus est distinguenda. q; vel fcat sulcare terram vicinam mari vel flumini. z sic maior est vera z minor falsa. vel fcat transumptiue opam perdere. z sic maior est falsa sed minor vera.

Tertius modus est. quando oratio per se accepta vnum fcat. sed ad iuncta alij fcat. plura. vt quęcunq; ptingit dicere ptingit loq;. **S**z racente ptingit dicere. q; racente ptingit loq;. ibi minor est multiplex. q; racente ptingit pstrui cũ illo infinitiuo dicere a pre anteriori z sic minor est falsa. q; sensus e q; racens dicat vel pstrui cũ illo infinitiuo dicere a pre posteriori. z tũc e vera. q; sensus est q; racens dicat. **E**t isti sunt modi qui cõmuniter eamem ponunt. **A**lbertus tñ ille distinguit hic quinq; modos fm q; quinq; ponitur exempla a pho in textu vide eos in pmento.

Queritur **Q**uis sunt illi modi quos ponit phus cões ad fallaciam equocatõnis z amphibologie. **R**espondetur sunt tres. pms est quando dictio vel oratio pncipaliter plura fcat. **E**xemplum de dictõne. vt piscis z canis. piscis em est equocum ad pisces verum z pictum. z canis ad canem iactabilem z beluam marinas. de oratione nõ ponit ibi phus exemplum. **S**ecundus modus est quando solus sumus sic dicere per translationem in dictõne z oratõne. id est quando dictio vel oratio vnum significat pncipaliter z aliud transumptiue. **E**t de hoc modo phus non exemplificat. **T**ertius modus est quando dictio vel oratio p se separata fcat vnum solũ. cõposita vero plura. **E**t de

Primi Elementorum

dictione non ponitur hic exemplum de oratione est exemplum. ut seculus scit aliquid. ibi enim seculum potest vel esse nri casus et reddere suppositum illi verbo scit. et est loquutio falsa. quia sensus est quod seculum habeat scientiam de aliquo vel potest esse accusari casus et constructa prepositio. et sic est vera quia sensus est quod aliquid scit seculum. id est habet scientiam de seculo.

De fallacia compositionis

Queritur Quare philosophus prius determinat de fallacia compositionis et diuisionis quam de fallacia accentus cum fallacia accentus peccet penes multiplex potentiale dictionis et hec due fallacie penes multiplex potentiale orationis. **Sol**o quod fallacie ordinantur secundum maiorem et minorem eam apparentie. sed in fallacia compositionis et diuisionis est maior causa apparentie quam in fallacia accentus quod diuersitas dictionis que est in phrasidone secundum fallaciam accentus est magis aperta et manifesta quam est diuersitas orationis penes sensum propositum et diuisum.

Queritur Quid est propositio. **Solutio** propositio accipitur dupliciter. vno modo generaliter et sic propositio est ordinatio partium orationis secundum situm magis debitum et sic propositio reperitur in qualibet oratione siue fuerit vera siue falsa. Alio modo accipitur specialiter. prout reperitur solum in oratione proposita falsa. Et tunc solet sic definiti. quod compositio est diuidendorum falsa vniu. Et per oppositum diuisio ut in propositio accipitur est proponendorum falsa separatim.

Queritur Quid est fallacia compositionis. **Sol**o est idoneitas decipiendi proueniens ex unitate orationis diuise verum composita falsa. Vel sic. Est idoneitas decipiendi proueniens ex multiplicitate orationis eiusdem secundum substantiam et secundum situm magis debitum partibus in oratione positis. Et habet ista fallacia duas causas. Causa apparentie est idemitas materialis orationis propositae eorum diuisa. Causa defectus est diuersitas formalis inter orationem propositam et diuisam.

Queritur Quando dicuntur pres ordinari secundum situm magis debitum in oratione. **Sol**o quod tunc quando determinatio addit determinabili magis principali quod seorsum magis aperta nata est determinare. Et propositum tunc pres dicuntur ordinari secundum situm minus debitum quando detersminatio additur determinabili minus principali quod seorsum minus aperta nata est determinare. Et ad hoc cognoscendum solet poni ex altero aliquo regule. Prima est. Quando aliquo determinatio ponitur cum duobus determinabilibus tunc ceteris paribus si coniungatur cum determinabili propinquiori oratio est proposita et dicuntur pres ordinari secundum situm magis debitum. Si vero cum determinabili remotiori oratio est diuisa et pres ordinatur secundum situm minus debitum. Secunda regula est. Si determinatio sit eque immediata utriusque detersminabili tunc ceteris paribus si adiungatur cum determinabili preecedere est oratio composita et si cum sequente est oratio diuisa. Et additur notanter ceteris paribus.

ff in

Reparaciones

ribo. qz si potior rō fugueniat tunc regula non habet veritatem. sicut patet ex regulis sequentibus.

Tercia regula est. **Q**uādo aduerbium ponitur inter duo verba tūc si determinet verbū a pre predicari positum oratio est composita. **S**ed si determinat verbum a pre subiecti positum oratio est diuisa.

Quarta regula est qz quando aduerbium ponitur inter duo determinabilia quorum vnum est verbale z aliud picipiale tunc quando determinat verbū est oratio pposita z quādo determinat picipiū est orō diuisa.

Quinta regula est adiectiū ponatur inter duo substantiua tunc si consistitur cum sequenti est oratio cōposita. si vero cum precedenti tunc est oratio diuisa et habet ista regula veritatem de adiectiuo noiali qz si adiectiuum est picipiale tunc opposito modo est dicendum.

Sexta regula est qn duo determinabilia sic se habent qz vñū est totū et aliud pars tūc si determinatio feratur ad totum oratio est composita. **S**i vero ad partem oratio est diuisa. vt cum dicitur nō homo est animal illa negatio non potest ferri ad totum z facere totam propōnem negatiuā vel potest ferri ad terminum illū hō tūc z facere eū infinitū.

Queritur. Quot sunt modi istius fallacie. **S**olutio tres. **P**rimus modus prouenit ex eo qz aliquid dictū potest supponere pro se toto vel sua parte. vt quicunqz possibile est scribere. possibile est qz ipse scribat sed non scribentē scribere est possibile. ergo possibile est qz non scribēs scribat.

Queritur. Quādo dictum dicitur supponere pro se toto vel pro parte sua. **S**olutio alteri tunc dictum supponit pro se toto quando predicatum dicti scz infinitiuus attribuitur subiecto. id est accusatiuo gratia formalis z materialis simul. **S**ed tunc dicitur supponere pro sua parte quando attribuitur sibi gratia materialis tūc. **E**xemplū est. vt cum dicitur non scribentem scribere est possibile si ille infinitiuus scribere attribuitur illi accusatiuo non scribentem ratione formalis z materialis simul hoc est si attribuitur illi subiecto scriptiois sicut qz stat sub forma scriptiois tunc illa oratio est composita z est falsa sub hoc sensu non scribentem inq̄rtum non scribēs est possibile est scribere. **S**ed si attribuitur subiecto scriptiois vt diuisum est a forma scriptiois sic est diuisa z vera qz sensus est non scribentem. id est illum qui non scribit sortem vel perrum possibile est scribere. **E**t iste modus dicendi est comunior q̄uis a diuersis diuersis modo aliter hic respondeatur.

Secūsus modus prouenit ex eo qz aliqua determinatio potest referri ad diuersa determinabilia vt quicunqz scit litteras nunc didicit illas. **A**nriquus grāmaticus scit litteras ergo nunc didicit illas. ibi tūc illa determinatio nunc in maiore potest referri vel ad hoc verbum didicit z tunc est oratio pposita z falsa qz sensus est qz ois ille qui scit lrās didicerit ego nūc id est in isto tpe vel per referri ad hoc s̄bū scit z tunc est oratio diuisa z vera sub hoc sensu quicunqz scit litteras nūc. id est in p̄senti tempore didicit illas supple prius in p̄terito tempore.

Primi Elementorum

Tertius modus est quoniam plura ponuntur a preter dicti ad que subiectum
referri iunctim vel diuisum. ut de quid preter unum solum ferre preter unum et unum
ferre preter plura ferre. ibi enim in maiore si illa dictio solum determinat hoc subiectum
est posita et falsa quia quod potest solum unum ferre non potest ferre unum
et unum coniunctim. Sed si conferatur subiectum ad illa duo diuisum tunc
maior est diuisa et vera.

De fallacia diuisionis

Quid est fallacia diuisionis? **S**o^o est idoneitas decipiendi
puentis ex unitate potentiali orationis posite vere cum
diuisa falsa. Et habet duas causas. Causa apparentie est identitas mater
terialis orationis compositae cum diuisa. Sed causa defectus est diuersitas
formalis eandem.

Ad illo sequeret quod ista fallacia diuisionis non esset distincta a fall
lacia oppositiois. Sequela probat quod habet eandem causam apparentie. quod
causa apparentie utrobique est identitas materialis orationis posite vel diuise
So^o quod licet habeat eandem causam apparentie eodem tamen habet diuersas causas app
parentie speciales. quod specialis causa apparentie in fallacia oppositiois est materialis
unitas orationis diuise vere cum posita falsa sed causa specialis apparentie in fall
diuisionis est materialis unitas orationis compositae vere cum diuisa falsa et
ita distinguuntur penes verum et falsum.

Quot sunt modi istius fallacie? **S**olo quod duo. **P**rimus
est quoniam plura ponuntur a preter dicti ad que subiectum
referri iunctim vel diuisum. Aut e contra quoniam plura ponuntur a preter subiecti
ad que predicatum preter referri iunctim vel diuisum de prima preter istius mo
di est exemplum quocumque sunt duo et tria sunt paria et imparia sed quingque sunt
duo et tria. ergo quingque sunt paria et imparia. ibi enim in minore hoc subiec
tum quingque preter referri ad illa plura posita a preter dicti sed duo et tria iunct
tim ut minor sit una categorica de copulato predicato et sic est composita
et vera vel preter ad illa plura referri diuisum ut sit una hypothetica copulati
ua. et sic est diuisa et falsa de secunda preter. Exemplum est ut illud quod est tantum
et amplius est tantum et per se ipsum equale sed tantum et amplius est maius. er
go maius est equale. ibi minor est duplex eo quod hoc predicatum maius preter refer
ri ad subiectum iunctim ut sit una categorica de copulato subiecto et sic
minor est posita et vera. quod sensus est quod tantum et amplius simul sumpta
sunt maius vel potest referri ad illa diuisum tantum ad diuersa subiecta. ut
minor sit una hypothetica copulatiua et sic est diuisa et falsa.

Secundus modus prouenit ex eo quod aliqua determinatio potest referri
ad diuersa determinabilia. Exemplum est. ut quocumque entem seruum pos
sui liberum ille liber est sed posui te seruum entem liberum ergo tu seruus es li
ber. ibi enim minor est duplex. quod hoc precipuum entem quod valet tamen sicut existen
tem preter ponit eum hoc nomine seruum et sic est oratio posita et vera vel preter po
pulum illo nomine liberum et sic est diuisa et falsa. **D**ominus albericus

Reparationes

eamē videtur hic ponere tres modos propter aliud exemplum in textu positum scz quozūcūq; relinquunt centus illa sunt plura q̄ centum sed quadraginta virozū centum reliquit diues athilles in bello ergo quadraginta sunt plura q̄ centum. Sed istud exemplū potest satis conuenienter distingui sicut precedens penes scōm modum istius fallacie qz ille genitius virozū potest vel construi cum illo noie centū z sic minor est composita z vera sub hoc sensu q̄ ex centum viris reliquit athilles quadraginta vel potest construi cum illo noie quadraginta z sic est diuisa z falsa. qz sensus est q̄ ex quadraginta viris reliquit centum

De fallacia accentus

Queritur Quid est accentus? **Solutio** est certa lex vlt̄ regula ad eleuandum vlt̄ deprimendum syllabam vnus cuiusq; dictionis. Et est triplex scz acutus grauis et circumflexus. Acutus accentus est qui fit p̄ eleuationem syllabe dictionis. sicut patet de p̄ma syllaba istius dictionis dñs Grauis vero or̄ q̄ fit p̄ deffisionē syllabe dñs sicut p̄z de media z vltima syllaba illius dictionis dñs. Accentus vero circumflexus est q̄ fit prim̄ p̄ eleuationē z prim̄ p̄ inclinatioem vocis vt patet in penultima syllaba istius infinitiui amare. **Nota** dum tñ est q̄ Accentus accipit̄ cōiter qñ ista fallacia vocatur fallacia accentus inq̄zū scz extendit se tam ad accentum p̄zle dictionis q̄ ad tempus z spiritum seu aspirationem zc.

Ad De accentu determinare spectat ad grāmaticum. ergo hic p̄s nihil delect loqui de accentu. **Solo** accentus accipitur dupliciter. vno modo absolute s̄m q̄ est accidens dictionis z sic spectat ad grāmaticum determinare de accentu. Alio modo inq̄zū poter esse p̄ncipium deceptōnis in iperito respondente s̄m q̄ variat veritatem z falsitatem p̄dōnū et sic eius determinatio spectat ad logicum.

Querit̄ Quid est fallacia accentus? **So** est idoneitas dēpiendi p̄ueniens ex materiali vnitate dictionis s̄m plures accentus plura significantis. Et tangūt̄r ibi due cause scz apparentie z defectus. **Causa** apparentie est vnitas materialis dictionis. Et vocatur hic vnitas materialis vnitas s̄m substantiam. hoc est s̄m litteras z syllabas. **Causa** defectus est diuersitas accentuum ad quam se quitur diuersitas p̄carozum

Queritur Utrum ista fallacia maḡ conuenienter fit in scriptura vel in vocibus prolatis. **Solutio** p̄bi est q̄ magis conuenienter fit in scriptura z maxime in poematibus. Et ratio illius est quia in pronuntiatione vocali diuersitas accentuum est manifesta et statim notatur. sed in scripturis non est ita manifesta nec potest ita faciliter notari et ergo magis idonee fit ista fallacia in scriptis quam in vocibus. **Et** istud dictum philosophi debet intelligi

Primi Elencorum

Debet intelligi de modis quos ponit phs in textu quia in certis alijs sicut quando dictio profertur cum aspiratione vel sine magis conuenienter fit in voce q̄ in scriptis. quia deceptio tunc magis later in voce q̄ in scriptis sicut manifestum est.

Queritur Quot modos istius fallacie ponit phs. **Solutio** duos quos innuit p duo exēpla. **¶** Primus puenit ex eo q̄ sub vno accētu pronunciat̄ tur duo que tñ habēt diuisos accētus vt in ista oratione me tuo longas pereunte noctes. o ly dia dormis. **¶** Et post rest formari talis paralogismus. Quicumq̄ dicit me tuo longas pereunte noctes o ly dia dormis dicit se timere sed dicens me tuo lōgas pereuntes te noctes non dicit se timere. ergo dicens se timere non dicit se timere. ibi enim oportet distinguere in maiore z minore quia vel me tuo accipitur vt vna dictio et sic maior est vera z minor falsa vel accipitur vt due dictiones z tunc maior est falsa z minor vera. **¶** Si vero accipiat̄ vno modo in maiore z alia modo in minore tunc fit ista fallacia.

¶ Secundus modis puenit ex eo q̄ vna z eadem dictio potest profert̄ in diuersis accētibz. vt in hoc metro heu q̄anā ranti c̄nkerūt es̄pera nūm s̄ bi. **¶** Et potest sic formari syllogismus. Quicumq̄ dicit heu q̄anā interrogat̄ Sed quicumq̄ dicit heu q̄anā respondet ergo respondens interrogat̄ ibi em̄ illa dictio q̄anā potest vel teneri interrogatiue et feat tñ sicut quare z sic habet accentum acutum z est maior vera vel potest teneri cau saliter et feat tñ sicut nam vel quia z sic habet accentum grauem et est maior falsa z minor vera.

Queritur Quot modos solent alij assignare de ista fallacia **Solutio** quatuor s̄m quatuor que reperit̄ tur in dictione que sunt tenor. Accentus tempus z spiritus. **¶** Unde primus modus est quando aliqua dictio potest profert̄ vno accētu vel pluribz vt paruit de illo exemplo me tuo longas. **¶** Aliud exemplum est vt tu es quies. sed quies est requies. ergo tu es requies.

¶ Secundus modus puenit ex eo q̄ aliqua dictio potest profert̄ accētu acuto vel graui. vt paruit de illa dictione quitanam.

¶ Tertius modus puenit ex eo q̄ aliqua dictio potest profert̄ vno tē pore vel duobus. vt patet in hoc palogismo. bonū est iustos viros pendere resed pendere est penam pati. ergo bonū est iustos viros penam pati.

¶ Quartus modus puenit ex eo q̄ aliqua dictio potest profert̄ cum aspiratione vel sine. vt patet in hoc exemplo. hequid hamatnr hamo capitur sed puella amatnr. ergo puella hamo capitur. **¶** Isti tamē quatuor modi reducuntur ad illos duos phi. quia secundus comprehenditur sub primo z quartus sub tertio.

De fallacia figure dictionis

Queritur Quid est figura dictionis. **Solutio** figura dictionis est terminatio dictionis per quam vna dictio pos

Reparaciones

rest alteri assimilari. Et si dicat in quo est illa similis terminatio. Dicen- dum est q̄ potest esse in voce vel in modo significandi vel in fecato

Queritur Quid est fallacia figure dictionis. **Solutio** est idoneitas decipiendi proueniens ex eo q̄ aliqua dictio similis alteri videtur habere eundem modum significandi cum ea cum tñ nō habeat eundē. s; diuersus sicut vigere videt habere eundē modum significandi cū agere vel secare. **Causa** apparentie in ista fallacia est similitudo figure dictionis. **Causa defectus** est qz nō idē in significatōne interpretatur vt idem in dictiōe ppter similitudinē terminatōnis.

Arguitur Omnis fallacia in dictione debet peccare penes aliq̄ quod multiplex sed ista nō peccat penes aliquod multiplex. ergo. **Minor** probatur quia peccat penes multiplex phantasticū. sed hoc non est verum multiplex. **Solo** licet multiplex phantasticum non sit verum multiplex est tamen multiplex apprensus et hoc sufficit. q̄ penes ipsum potest fieri deceptio in hoc q̄ propter similitudinem vnius dictionis cum alia dictione potest imperitus respondens credere q̄ conueniant in modo fecandi vel in fecato

Nulla est fallacia figure orationis. ergo nulla erit figure dictionis **Solutio** negatur cōsequētia. qz non est simile. et ratio est. q̄ similitudo in terminatione vocis vel in modo significandi primo et per se cōuenit dictioni et secūdario solum orationi. **Et** ergo non ponitur aliq̄ qua fallacia distincta figure orationis a fallacia figure dictionis. **Pam** vbi cūqz est similitudo orationis cum oratione ibi etiam est similitudo dictionis cum dictione et hoc non contingit in alijs fallacijs penes alia multiplicia peccantibus.

Queritur Quot sunt modi istius fallacie. **Solutio** tres **Primus** est quando non idem in significato interpretatur idem fecare cum alio propter simile terminacionem vocis sicut quando masculinū interpretatur femininū. vt musa et cathelina. para logismus autē fm istū modum sic formatur. q̄cūqz suba colorat albedine est alba s; cathelina colorat albedine. ergo est alba. cathelina enim est p̄riū nomē viri nobilis romani. vel sic quēcūqz diligis est amicus tuus. puellam diligis. ergo puella est amicus tuus.

Secūdus modus est. quando vnum p̄dicamentū interpretatur aliū seu qñ res vni p̄dicamenti sumit sub re alterius p̄dicamenti. vt q̄tūcūqz heri emisti hodie comedisti. s; crudū heri emisti. q̄ crudū hodie comedisti sibi enim mearatur q̄tum in quale qz sub signo distributiū q̄tratis. s; q̄tracūqz subsumitur crudum quod est res de predicamēto qualitatē.

Tertius modus est quando ex similitudine dictionis cū dōne in terminatione inferitur similitudo eorū in modo fecandi vel ecōtra sicut viges et habet simile terminatōem cū secare et ergo alicui imperito videt q̄ sit etiā in genere actōis cū secare qd tñ nō ē ita qz vigere q̄le qd dā et affectū fm actū vitē et passionē fecat. **Petrus** hys. tñ dicit tertium modū puenire ex diuersa suppositōne termini. **Sed** ille potest comprehendī hic sub primo

Primi Elencorum

de his tamen modis vide latius in cōmento.

Tertium capitulum.

De fallacijs extra dictionem

For. aut qui extra dictōem sunt palogismoz spēs sunt septē
¶ In hoc tertio caplo determinat pbs psequēter de fallacijs extra dicti
one. ¶ Et primo enumerat eas. Scdo psequit de eis.

Querit. Quot sunt
fallacie extra dictionem.
Solutio septem scz fallacia

Accidentis
A dcō fm qd ad dictū simplr
Ignorantie elenchy
Petitiōis pncipiij
Consequentis
fm nō cām vt cām
fm plures interrogatōes vt vnā

Et ratio sufficiente est ista. Quia ois fallacia extra dictōnem peccat vel
cōtra syllogismū vel ptra elenchū. Si peccat ptra syllogismū hoc est du
pliciter qz vel in materia vel in forma. Si in materia sic est fallacia fm plu
res interrogatōnes vt vnā. Si in forma hoc est dupliciter qz vel peccat in
ordine pponū vel terminozū. Si pmo modo hoc est itez dupliciter qz vt
fm qz ppo est cā conclusiōis z sic est fallacia fm nō cām vt cām. vel fm qz
ppo est pncipiū pbarium conclusiōis. z sic est fallacia petitiōis pnci
piij. Si peccat in ordine terminozū z sic est fallacia accidentis. Si aut nō
peccat cōtra formā syllogisticā tūc oqz peccet penes simplicē psequētiāz
fm qz sequit vnū ex alio. Et hoc dupliciter qz vel peccat ptra id qz vnus
pfecte sequitur ex alio. z sic est fallacia psequētis vel fm qz vnū ipsecte isert
aliud z sic est fallacia a dcō fm quid ad dictū simplr. Et ista est sufficiens
tia quā dat alphorabius z vt dicit **A**lbertus est plana et vera

Albertus Sunt solum sex fallacie in dcōe ergo erūt solum sex extra dcōem
et non septē. pna pbat qz tot modis dz vnū oppositozū quot mo
dis reliquū. ¶ So^o negat pna qz nō ē sile z rō est qz regunt plures appa
rentie ex pte rei qz ex pte dictōis. ¶ Et ad probationem potest dici nō sunt
formaliter opposite sed disparte vnde opponūtur solum virtualiter qz ruz
ad suos modos generales

Querit. Quare iste fallacie dicunt extra dcōem. ¶ So^o qz sumūt suā
cām apparentie nō ex pte dcōnis s3 ex pte rei scate. Et si qraf quare tūc nō
vocant fallacie in re vel fallacie rerū. ¶ So^o qz logicus nō est artifex rea
lis sed rōnalis considerās res non absolute z fm se sed solum fm qz vocis
bus et dictionibz significāf.

De fallacijs accidentis

Queritur. Que est pma inter fallacias extra dcōem. ¶ So^o
fallacia accidentis. ¶ Et ratio est. qz fallacie ordi
nantur fm maiorē vel minorē cām apparentie vt prius dictū est s3 in fall'a
accētis est maior apparentia qz in alijs qz ipa est pma. ¶ Minor patet qz
cā apparentie in fallacia accētis h3 magis de idēitate z vniute et p pfe

Reparaciones

quens est aptior: ad decipiendum

Arguitur Non est aliqua fallacia accidentis. ergo **Ante** cedens probatur. quia nō est aliqua fallacia sub stantie ergo nec accidentis. **Solutio** non valet cōsequētia qz accidens non accipitur hic vt distinguit contra substantiam sed fm q̄ est extraneū in pre idem et in pre diuersum.

Queritur Quid est fallacia accidentis. **Solo** est idonei tas decipiendi proueniens ex p̄tiali idēitate ac cidentis cum re subiecta propter quam creditur q̄ attributum vni etiaz sic attribuendum alteri quod tamen non oportet p̄pter p̄tialē differē tiam vnius ad alterum. **Unde** semper cōmittitur ista fallacia quando propter conuenientiam duozū in vno tertio fm diuersas rationes credun tur conuenire inter se vel vt dicit p̄hs in textu quādo aliqd̄ similr assignatur inesse rei subiecte z eius accidenti quod tamen non est necesse. quia multa conueniunt alicui fm se sumpro que nō conueniunt sibi fm q̄ stat sub aliquo alio predicato. **Causa** apparentis in ista fallacia est p̄tialis idē titas accidentis cum re subiecta. **Sed** causa defectus est p̄tialis diuersi tas eorundem.

Queritur Pro maiori intellectu. Quid vocatur hic res subiecta Quid attributum. Et quid accidens. **Solo** alber ti q̄ res subiecta in proposito vocatur mediū q̄ fm dispositionem p̄tme figure subijcitur in maiore propositione. **Attributum** vero dicitur illud quod assignatur rei subiecte et eius accidenti inesse et est predicatū mai ioris propositionis fm dispositionem p̄tme figure. **Sed** accidens vocat ur illud quod est extraneum rei subiecte fm q̄ stat sub tali attributo.

Exemplum istorum est. vt quando sic arguitur. homo est species sortis est homo. ergo sortis est species. ibi res subiecta est homo attributus est spēs. **Et** accidens est sortis. quia sortis est extraneum ad hominem fm q̄ stat sub illo attributo qd̄ est species

Arguitur Sortes est substantia ergo male dicitur hic q̄ est accidens hominis. **Solutio** accidēs accipitur dupliciter. vno modo pro eo qd̄ distinguit cōtra substantiam et sic sortis non est accidens sed substantia nec sic accipitur accidēs in proposi to. **Alio** modo accipitur accidēs pro eo qd̄ est extraneū alicui fm q̄ stat sub tali vel tali predicato z ita accidēs accipitur hic. z sic qz hō nō potest sta re sub illo predicato quod est species nisi accipiatur fm se pro natura cō muni z non fm q̄ accipitur pro suis inferioribus ideo sortis dicitur hoc modo eius accidens. **Et** ita patet q̄ non accipitur hic accidens eodem modo quo accipit ab Aristotele in predicamentis z in p̄tmo thopicorū de hoc tamen latius vide z ad longū in cōmento

Queritur Quor sunt modi istius fallacie. **Solo** alterti duo q̄s inuenit p̄hs p̄ duo exēpla in textu. **Primus** est q̄ aliqd̄ attribuitur accidenti et propter hoc putat etiam posse attribui rei subiecte

Primi elenchorū.

Exemplus est. vt choriscus est alter ab hoīe. z ipse est hō. ergo est alter a se ipso. ibi em̄ p̄ia non valet. qz accidit homini q̄ p̄ dicit̄ de chorisco inq̄tū choriscus est alter ab homine.

Secūdus modus est econtra. qñ aliquid attribuit̄ vere rei subiecte z p̄ p̄terea putat̄ etiam posse attribui eius accidenti. vt choriscus est alter a socrate. socrates est hō. ergo choriscus est alter ab homine. **Sūt** em̄ sophis̄ se p̄cessum esse choriscum esse alterū ab hoīe. qz dicit̄ hūc scz socratem esse hominē a quo choriscus est alter. z inferūt. est alter a socrate. ergo est alter ab hoīe. qd̄ non valet. **Petrus** hispan⁹ tamē aliter distinguit modos huius fallacie. vide in summulis. **Et** vide in cōmento etiam quō ista fallacia est distincta a fallacia figure dicitōis

De fallā a dicto fm̄ quid ad dictū simplr.

Queris **Quid** est dictū simplr. z quid dictū fm̄ quid. **Solo** dictū simplr est dictum sumptum sine determinatiōe diminuentē. vt homo per se vel albz per se. **Et** vocatur dictum simplr. quia non est diminutum. **Sed** dictum fm̄ quid est dictum sumptum cum determinatiōe diminuentē. sicut si dicatur. homo mortuus. hō pictus. **Di** citur em̄ determinatio diminuentē que diminuit de rōne eius cui additur. sicut illa determinatio mortuus addita homini diminuit de rōne hoīs. qz hō mortuus nō est homo.

Queris **Quādo** p̄mittit̄ ista fallā. **Solo** phi. ista fallā fit qñ illud qd̄ sumitur particulariter z fm̄ quid in aīcedente sumitur simplr in consequēte. **Et** sic v̄his causa deceptionis in ista fallacia est similitudo dicti fm̄ quid ad dictum simplr. inq̄tū determinatio im̄s propria accipitur vt p̄ria

Queris **Quid** est fallā a dicto fm̄ quid ad dictum simpliciter. **Solo**. est idoneitas decipiēdi p̄ueniens ex partiali identitate dicti fm̄ quid cum dicto simplr. p̄pter quam credimus q̄ dictū fm̄ quid potest inferre dictum simpliciter. z tamen non infert fm̄ veritatē. **Et** tangūt̄ ibi due cause huius fallacie. **Causa** apparentie est apparen̄s conuenientia dicti fm̄ quid cum dicto simpliciter. **Et** causa defectus est diuersitas eorūdem.

Ad dicto fm̄ quid ad dictum simpliciter est bonū argumentum dyalecticū fm̄ p̄hm̄ scdo topicor. q̄ non est fallā. **Solo**. dictū fm̄ quid accipit̄ dupliciter. **Uno** modo vt idem est q̄ dictum sumptū cum determinatiōe. et hoc modo si determinatio est p̄pria est bonū argumentū dyalecticū arguendo a dicto fm̄ quid ad simplr qui loc⁹ alio noīe vocat̄ a parte in modo ad suū torum. **Alio** modo accipitur dictum fm̄ quid p̄ dicto sumpto cū determinatiōe diminuentē z ita accipit̄ hic z facit̄ illā fallāna

Queris **Utrum** possit etiā econtra argui sophisticē a dicto simpliciter ad dictū fm̄ quid. **Solo**. q̄ sic. h̄ differēt. qz a dicto fm̄ quid ad dictum simplr arguit̄ v̄ plurimū affirmatiue. sed a dic

Bg i.

Primi elenchor.

quid est priuans vel diminuens dictum simpliciter. ut si dicatur. est homo mortuus. ergo est homo. vel econuerso non est homo. ergo non est homo mortuus. vel etiam quando proceditur a parte integrali ad suum totum. ut si dicatur ethiops est albus secundum dentes. ergo est albus. ibi enim faciliter videtur quod albus secundum dentes est dictum secundum quod distinctum ab eo quod est albus simpliciter. Sed tunc est difficile quando est magna uenientia dicti secundum quod ad dictum simpliciter. si cuter tingit illis in quibus duo pertraria sunt particulariter. hoc est secundum duas aequales partes in eodem subiecto. ut patet de scuto pro media parte albus et pro alia medietate nigro. In talibus enim est difficile considerare quod illorum duorum debeat simpliciter affirmari de subiecto. vel utrumque debeat affirmari vel utrumque negari

De fallia ignorantie elenchi.

Queritur Quomodo fiunt paralogismi istius fallie? **Solo** philosophi. fiunt secundum diminutionem seu omissionem rationis elenchi. id est paralogismi qui fiunt secundum istam fallaciam peccat contra definitiōem elenchi

Queritur Quid est elenchus? **Solo.** elenchus est syllogismus contra dictiōis unius et eiusdem. non nominis tantum. nec rei tantum. sed nominis et rei simul. non synonymi sed eiusdem ex his que data sunt ex necessitate non enumerato. eo quod erat in principio ad idem. secundum idem. similiter et in eodem tempore. Et ex illa definitione patet quod elenchus presupponit syllogismum habens se ex additiōe ad eum. ut prius etiam dictum fuit. super addit enim syllogismo probationem et contradictionem. Et ergo solet dici quod tria sunt de ratione elenchi. scilicet illatio. probatio. et contradictio. et proprie etiam in ista definitione ponuntur aliquae particule que conueniunt elencho ratione syllogismi. quedam ratione contradictionis. et quedam ratione utriusque. Ratione syllogismi ponuntur ille due particule. scilicet ex his que data sunt de necessitate. per quam remouetur fallacia accidentis. Et non enumerato eo quod erat in principio per quam remouetur fallacia petitionis principij. Ratione contradictionis ponuntur ille quatuor particule ad idem. secundum idem. similiter et in eodem tempore. per quas excluditur ista fallacia figure dictionis. Sed ratione utriusque ponuntur omnes alie particule. scilicet unius et eiusdem. non nominis tantum. nec rei tantum. sed nominis et rei simul. non synonymi. sed eiusdem. quia ille particule tam in syllogismo quam in contradictione requiruntur

Queritur Quid est fallacia ignorantie elenchi? **Solo.** est idoneitas decipiendi proueniens ex omissione alicuius particule specialiter requisite ad elenchum in quantum est contradictorius que sunt ad idem. secundum idem. similiter. et in eodem tempore cum apparente obseruantia eandem. Et ibi tanguntur due cause. Causa apparentis in ista fallacia est apprensio obseruantia illarum quatuor particularum. Et ut dicitur Alter est apprensio contradictionis eorum que concluduntur. Cuius vero non existit est ommissio alicuius quatuor particularum. vel est defectus veri elenchi vel contradictionis

88 ij.

Reparatiões

Hic Omnis fallacia ignorat elenchū ergo non est aliqua distincta fallacia ignorantia elenchū ab alijs. Antecedēs pbat. qz postea phs docet reducere omnes fallās ad ignorantia elenchū. **S**olo ignorantia elenchū accipit duplī. Uno mō generaliter p ommissione alicuius particule in definitōe elenchū posse. indifferentē. z sic verū est qz omnis fallā ignorat elenchū. nec sic ponit distincta fallā. Alio mō accipit spēaliter pro ommissione alicuius quatuor particularū requisitarū ad elenchū rōne p̄dictionis em. z sic ponit hie distincta fallā ab oibz alijs.

Hic ista fallā nō est distincta a fallā a dicto fm quid ad dictū simple probat. qz illa etiam peccat in p̄dictione. vt patz ex exemplis superius positīs. **S**olo. q̄uis vtrags ista fallā peccet in p̄dictione z in hoc p̄muni pueniant. tamē hoc in spēali est aliter z aliter. Unde fm alterum in tribz distinguitur. Primo qz paralogismi istius fallē semp p̄cedit cū duplīci determinatōe. sed paralogismi fallē p̄cedentis alicū cū vna de terminatōe z alicū cum duplīci. Secundo qz paralogismi fallē p̄cedentis p̄cedit cū determinatōe impropria. sed ista cū determinatōe p̄p̄ia. Tercio qz paralogismi illius fallē semp peccant in p̄sequendo z pbando. sed paralogismi istius fallē nūq̄ in p̄sequendo z pbando. sed semp in p̄diciendo

Queris Quot sunt modi istius fallē. **S**olo qz quatuor. que sumuntur fm q̄tuor particulas in fine definitōis elenchū positas. Primus modus puenit ex ommissione illius particule ad idem. vt si sic arguat. duo sunt dupla vnus z nō sunt duplū triū. ergo sunt duplū et nō duplū. ibi em duplū z non duplūz nō p̄parant ad idem s; ad diuersa. **S**ecūdus modus p̄uenit ex ommissione illius particule fm idem. Exemplum. vt hoc est dplum illi fm longitudinem z non est duplū fm latitudinē. ergo est duplū z non duplum

Tercius modus puenit ex ommissione illius particule sicut. exemplū est vt lacus oppositū recto angulo est duplū ad alterum duoz reliquoz laterū trianguli virtualiter. z nō est duplū dimensionaliter. ergo est duplum z nō duplum. Vel sic celum mouetur circulariter z non mouetur recte. ergo celum mouetur z non mouetur.

Quartus modus sumit ex ommissione illius particule in eodem tpe. vt manus mea est iam clausa z iam nō est clausa. ergo est clausa z nō clausa. Vel sic domus est clausa de nocte z non est clausa in die. ergo est clausa z non clausa

Queris Etrum ista fallacia sit fallacia in dictione vel sit fallacia extra dictionem. **S**olo. dicit philosophus in textu qz aliquis forte trahet hunc locum in eos locos qui sunt fm dictionem. z hoc p̄pter p̄uenientiam quam habet cū fallacijs in dictione. sed tñ nō est in dictione sed extra dictionem

Hic ista fallā peccat in p̄dictione. sed p̄dictione fit in voce seu dictione. ergo ista fallacia est fallacia in dictione. Dimoz patet. qz cōtradictio est affirmatio z negatio oppositē. **S**olo. q̄uis p̄dictione fiat in

Primi elenchorū.

enūciationib; siue p̄pōnib;. tamen causa apparentie in ista fallā nō sumitur
ex parte enūciationis seu vocis. sed ex parte repugnantie realis que p̄ mo
dos enūciandi importatur.

De fallā petitionis principij

Querit̄ Quid est p̄ncipiū in p̄posito. **Solo** alteri. q̄ p̄ncipi
um hic vocat̄ p̄missa in syllo dyalectico. q̄ illa est p̄nci
piū p̄ctōnis. Sed tūc querit̄ vtrū idem sunt p̄ncipiū. z id quod est in prin
cipio. **Solo** q̄ nō. q̄ p̄ncipiū vt parue est p̄missa in syllogismo dyalecti
co. sed id qd̄ est in p̄ncipio est p̄clusio. q̄ p̄clusio est in p̄missis. vel vt in cā
materiali. vel vt in causa efficiente. vt in causa materiali quidē. q̄ p̄clusio
materialiter integrat̄ ex maiore extremitate z minore. que sunt in p̄missis.
Sed inq̄trum ille extremitates vniūtur cū medio. sic p̄ctō est in p̄missis
vt in cā efficiente. q̄ vniō extremitatū cuz medio in p̄missis est cā efficiens
vniūtatē extremitatū inter se in p̄ctōne

Querit̄ Quid debet ista fallā noīari. **Solo**. potest triplr̄ noīa
ri. Primo em̄ p̄t vocari fallā petitiōis eius qd̄ est ex prin
cipio p̄m q̄ p̄clusio est in p̄missis vt in causa materiali. q̄ ex dicit̄ circum
stantiā causē materialis. Secūdo p̄t vocari fallā eius quod est in p̄ncipio
inquantum sc̄ p̄clusio p̄metur in p̄missis vt in causa efficiente. q̄ illa p̄
positio in denotat p̄mentiam. Et tercio potest vocari fallā petitionis p̄nci
cipij sed minus p̄prie. q̄ petitiō p̄ncipij p̄prie d̄r quādo idem sumitur ad p̄
bationem sui ipsius sub eodem noīe. sed sic nō d̄r p̄prie fallā. q̄ caret cau
sa apparentie. sed solū d̄r defectum incidentē circa syl̄lm̄ sumplr̄ dictū. z ergo
de petitione p̄ncipij vt sic agit̄ in secūdo p̄oz.

Querit̄ Quid est petere id quod est in p̄ncipio. **Solo** p̄m
De. hyl. petere id qd̄ est in p̄ncipio est quando p̄clusio q̄
debet p̄bati sumitur in p̄missis. Et dicit̄ De. hyl. q̄ aliud est petere princi
pium z petere id qd̄ est in p̄ncipio. q̄ petere p̄ncipiū est q̄n̄ idē petit̄ sub eos
dem noīe. vt homo currit. ergo homo currit. z hoc non facit fallāciam. vt
etiam iam dictūz fuit. q̄ idem sub eodem noīe nullo modo potest probare
seipsum nec vere nec apparenter. Sed petere id quod est in p̄ncipio est
q̄n̄ idem petit̄ sub diuerso noīe. vel q̄n̄ minus notū sumit̄ ad p̄batōez ma
gis notū. vt q̄n̄ d̄r aīal rōnale currit. ergo hō currit

Querit̄ Quid differenter de petitiōe eius qd̄ est in p̄ncipio agitur hic
et in octauo topicoz. **Solo**. in octauo topicozū deters
minatur de ea inq̄trum est nudū viciūz vel defectus cauendus in syllogis
mo dyalectico. Sed hic determinatur de ea inquantum ex apparenā quā
habet cum defectu potest esse principium decipiendi z fallendi imperitum
respondentem.

Querit̄ Quid est fallācia petitionis principij. **Solo**. est idos
netas decipiendi proueniens ex apparenti diuersitate
p̄missarū z p̄clusionis in illatione. notitia. z probabilitate propter quā

Reparationes

aliquis credit pmissas pbare pclusionē quam tñ nō pbant ppter identitatem eius cum pmissis. Et tangūtur ibi due cause. **C**ausa apparentie est apprensio diuersitas pmissarū a pclone. **S**ed cā defectus est identitas pmissarū cū pclone in notitia et certitudine

An ista fallā nō est aliqua cā apparentie. ergo non est distincta fallā la apparentia est q̄ idem debeat seipsum pbare. **S**olo. licet idē fm rem voce nō habeat apparietiam pbabilitatis respectu sui ipsius. tñ idē fm rem differens fm vocem bene h̄z talem apparentiam. **E**t ergo solet dici q̄ duplex est petitio pncipij. **U**na est petitio pncipij statim. qñ scz idem fm rem et vocem sumit ad pbatoem sui ipsius. et illa nō causat aliquā fallā. s̄ est nudus defectus incidens circa seylm simplr dictū. vt paruit. **A**lia est petitio pncipij nō statim. qñ scz idem fm rem sed diuersum fm vocem sumitur ad probandum seipsum. et in tali petitione pncipij est causa apparentie. et illa facit istam fallā.

Querit Quot sunt modi istius fallē. **S**olo. plus nō ponit hic aliquos spēales modos. sed dicit q̄ tot modis h̄z fieri quot modis ptingit petere id qd est in pncipio. **E**t hoc vt dicit **Alterius** ptingit qñq̄ modis

Quimus est. qñ definitum petit in definitione vel ecōuerso. **E**xempluz vt q̄ial rōnale currit ergo hō currit.

Quēdus modus est. qñ particulare petit in vli. vt omnū oppositorū est eadem disciplina. **G**omniū p̄triorū est eadē disciplina

Quērtus. qñ ecōuerso vli petit in p̄culari. vt si dicat omnū p̄triorū est eadē disciplina. et omnū p̄uarie oppositorū. et **G**omniū oppositorum est eadem disciplina

Quartus modus est. qñ p̄ictū petit in diuisis. vt si dicat medicina est disciplina sani. et medicina est disciplina egri. **G**est disciplina sani et egri

Quintus est. qñ vnū relatiuorū petit in alio. vt si dicat plato est filius fortis. **G**est fortis est pater platonis. **E**t dicit p̄s in fine textus q̄ omnes tales paralogismi qui sunt fm hanc fallā habent apparentiam quādam qua videntur aliquid arguere et probare quibus non arguant. quia videntur diuersum assumere quibus non assumant diuersum sed idem. et ergo nihil pbant. **E**t ergo cā defectus in omnibz est oimoda identitas pbantis et pbati. hoc est pmissarū et pclusionis

De fallacia psequentis.

Querit Quid in pposito vocat aīcedens et qd psequēs. et qd psequētia. **S**olo alter. **A**īis vocat quo posito etiā posuit psequēs necario pbabiliter vel suspicabiliter. **E**t psequēs est qd p̄dictū tō mō sequit ad aīis **S**ed psequētia est argumētatio que extrahit ex habitudine aītis ad p̄ns. et p̄ntis ad aīcedens

Querit Quotplex est p̄ns. **S**olo. duplex. qz q̄dam est p̄ns simplex. et q̄dam pposita. **C**ōsequētia simplex est q̄ est

Primi Elenchorū.

simplici ante inferit p̄ns. vt si hō est aīal est. Consequētia p̄posita est q̄n ex vna p̄na inferit alia. Et est duplex. quedā est p̄na in ipso. z qdā in eontra-rio. et qz de illis in secūdo topicoz dictū est videat̄ ibi. Alia etiā solet pont diuisio p̄ne. qz p̄naz alia est necāria z nō pbabilis. sicut est p̄na demōstra-riua. Alia est necāria z pbabilis sed nō p idem mediū. Alia est pbabilis et nō necāria. vt in dyalecticis. Alia nec est necāria nec pbabilis. s3 t̄m suspici-ōnē generans. sicut est in rethoricis. Et sicut p̄na sic est multiplex z multi-PLICITER dī. ita etiā p̄ns s̄m qz ista fallā dī. fallā p̄ntis.

Querit Qū p̄mittit̄ ista fallā. **Solo** p̄hi. qz tūc fit ista fallā q̄n putat̄ p̄na p̄uerti q̄ non p̄uertit̄. qz em̄ ex ante necario sequit̄ p̄ns. ideo credūt̄ q̄nqz imperiti z ignari rīdentes qz etiā eontra ex p̄sequente debz sequi necario aīs. z t̄m hoc nō est necessariū. qz nō est vlt̄er verum qz si positō ante ponitur p̄sequens. qz etiā ecōuerso positō p̄nte po-natur necario aīcedens. z ergo decipiūt̄ur

Querit Quid est fallā p̄ntis. **Solo**. est idoneitas decipientis di. pueniens ex apparenti p̄uertibilitate p̄ntis cū ante. rō ne cuius credimus qz sicut antecedens inferit p̄sequēs. ita ecōtra p̄sequēs inferit antecedens. vel credimus qz sicut ex destructione cōsequēntis sequit̄ destructio antecedentis. ita ecōtra ex destructione aīntis inferit destructio p̄ntis. qd̄ t̄m non est necessariū. Vel p̄r dici breuiter sic. qz est idoneitas desip̄iendi p̄oueniens ex eo qz putatur p̄sequēntia p̄uerti. que tamen non cōuertitur. Et tangunt̄ ibi due causē istius fallacie. Causa apparentie est. apparentis idēntitas consequentis cum antecedente. Causa vero defectus est diuersitas eozundem.

Ar Nulla est fallā aīntis. ergo nō erit aliqua fallā p̄sequēntis. **Solo** negat̄ p̄na. qz nō est s̄le de ante z p̄nte in p̄posito. Et rō est. quia defectus in ista fallā semp est ex parte p̄ntis ex hoc qz arguit̄ a positōe cōse-quentis ad positōem antecedentis.

Contra hoc arguit̄ur. ista fallacia non solum p̄mittitur in hoc qz ar-guit̄ur a positōe p̄sequēntis ad positōem antecedentis. sed etiā ex hoc qz arguit̄ur ab opposito antecedentis ad oppositum p̄sequēntis. ergo qua ratione vocat̄ fallacia p̄sequēntis deberet etiā vocari fallacia antecedentis. **Solo**. p̄cedit̄ aīs. sed negat̄ p̄na. Et rō est. qz q̄n arguit̄ ab opposi-to antecedentis ad oppositum p̄sequēntis. tunc ponit̄ a parte aīntis hoc qd̄ in veritate est p̄sequens z qd̄ deberet poni a parte p̄sequēntis. Et rō est qz a parte p̄sequēntis debet poni hoc quod est superius z a parte aīntis hoc qd̄ est inferius. sed oppositum aīntis est superius z oppositum p̄ntis inferius qz negatio vt dicit̄ **De**. hysp. ad dīra inferiori facit̄ ipsum superius. et ad dīra superiorī facit̄ ipsum inferius. Sicut patz in isto exemplo. si homo currit aīal currit. ergo si nō homo currit. nō aīal currit. ibi em̄ nō homo licet in se-conda p̄sequēntia ponatur a parte aīntis tanq̄ inferius ad non aīal. t̄m in- veritate est superius. Et sic patz qz quocūqz arguit̄ in hac fallā semp argu-tur a positōe p̄ntis ad positōem aīntis vel formaliter vel virtualiter. z qz magis denotatur fallā p̄ntis q̄ antecedentis

Reparationes

Querit Quot sunt modi istius fallacie? **Solo** tres. **Primus** modus est quādo arguitur a positione consequentis ad positionem antecedentis in sensibilibus. Et ponitur in textu duo exempla. **Primū** est. si mel est rubium est. sed hoc est rubium demonstrato felle. ergo fel est mel. **Secundū** exemplū est. si pluit terra est madida. ergo si terra est madida pluit ibi enim in utroque exemplo arguitur a positione superioris ad positionem inferioris. et ergo non sequitur.

Secundus modus est. quā arguitur a positione posterioris ad positionem antecedentis in rethoricis et suspicabilibus. ut si aliquis est adulter ipse est comprehensus. sed iste est comprehensus. ergo est adulter. **Vel** sic. si aliquid est fur ipse est errabundus in nocte. sed iste est errabundus in nocte. ergo est fur.

Tertius modus est quā arguitur a positione posterioris ad positionem antecedentis in demonstratiuis. **Exemplū** est de argumentatione mellis. qui voluit probare mundū esse infinitū hoc modo. Si aliquid est factum huius principii sue demonstrationis. ergo si non est factū non habet principium. sed mundus non est factus. ergo mundus non habet principium. et ergo est duratio infinita. ibi enim mittitur ista fallacia in hoc quod dicitur. ergo si non est factū non habet principium. quia arguitur a destructione antecedentis ad destructionem posterioris. **Simile** exemplum est. ut si febris est. calor est. ergo si calor est febris est. **Querit** tamen diuersimode loquuntur hic de modis istius fallacie. sed perinde est dummodo sciatur quō peccent paralogismi secundum hanc fallaciam formati.

Querit Quō ista fallacia distinguitur a fallacia accidentis? **Solo** sic. quia ista fallacia consistit in duobus consequentibus. quarū vna est vera et alia falsa. ut quando sic arguitur. si aliquis currit mouetur. sed fortis mouetur. ergo currit. ibi enim prima propositio est vera. sed secunda falsa. Sed fallacia accidentis consistit in vna propositio. ut si sic arguitur. fortis est animal. ergo est homo. ibi enim ex modo arguendi proprie est fallacia accidentis. quia sicut falsus consequens prouenit ex eo quod consequens creditur esse idem omnino antecedenti. ita fallacia accidentis prouenit ex hoc quod predicatum creditur esse idem omnino cum subiecto. et ergo ista fallacia denotatur a consequendo. sed illa ab accedendo seu inherendo.

De fallacia secundum non causam ut causam

Querit Quid vocatur causa in proposito. et quid non causa? **Solo** causa hic vocatur premissa in syllogismo aliquid faciens ad illationem conclusionis. qua remota eodem modo arguendi non sequitur conclusio. **Et** per oppositum non causa dicitur premissa assumpta nihil faciens ad illationem conclusionis. et qua posita vel deposita sequitur equaliter conclusio. **Et** si talis premissa non habet aliquam conuenientiam in materia. hoc est in subiecto vel predicato cum aliqua premissa causa tunc vocatur non causa tamen nihil amplius addendo. sed si conueniat cum aliqua premissa causa in materia tunc dicitur non causa ut causa. quia tunc habet apparentiam adiectam defectum

Primi Elenchor

Et ex hoc patet quod differunt fallacia secundum non causam ut eam de qua hie loquimur et non propter hoc accidere falsum de quo loquitur philosophus in secundo priorum. Quia non propter hoc accidere falsum vocatur nudus defectus incedens circa syllogismum ad impossibile sine aliqua causa apparente. Sed fallacia secundum non eam ut eam supradicti illi defectui apparentia seu eam apparentie quia ad eam requiritur quod premissa non causa habeat aliquam convenientiam cum premissa que est causa falsitatis conclusionis.

Queritur Quando committitur ista fallacia. **Solutio** philosophus quod tunc committitur ista fallacia quando assumitur illud quod non est causa quasi est causa conclusionis illate et quasi propter eam tanquam propter eam fiat redargutio. Et ergo solet sic definiri ista fallacia quod est ydoneitas decipiendi pueniens ex convenientia premissis non cause cum premissa causa propter quam credimus eam posse inferre conclusionem falsam et propter hoc interuenientia in reditu a conclusione falsa ad premissas cum tamen nihil fiat ad falsitatem conclusionis. Et tangunt in illa definitio ne due cause. Causa apparentie est convenientia premissis non cause cum premissa causa in termino idem in utraque significante. Sed causa defectus est diuersitas earundem.

Ad in oibus parallogismis est fallacia secundum non causam ut causam. Sed non est fallacia distincta. Hinc probatur quod in oibus parallogismis est aliquid quod apparet esse causa conclusionis et non est. **Solutio** non causa ut causa accipitur dupliciter. Uno modo generaliter pro parte ex qua videtur sequi conclusio et non sequitur. et sic reperitur in oibus fallacijs. Alio modo specialiter pro premissa que ablata adhuc ex alijs remanentibus potest sequi conclusio. Et sic accipitur hic et est fallacia secundum non causam ut causam ab alijs distincta.

Contra Illud quod est commune omni syllogismo non facit fallaciam distinctam sed habere talem premissam non causam est commune omni syllogismo. Sed minor probatur quia in quolibet syllogismo est una premissa que desposita adhuc potest sequi conclusio. **Solutio** licet in omni syllogismo desposita una premissa possit adhuc sequi conclusio. Alio modo scilicet enthememate non tamen eodem modo quo prius scilicet syllogistice.

Queritur In quo syllogismo habet fieri ista fallacia. **Solutio** philosophus ista fallacia habet fieri in syllogismo ad impossibile. Et ratio illius est quia ad istam fallaciam requiritur duplex processus unus directus et bonus a premissis ad conclusionem et alius reflexus ex interemptione conclusionis ad interemptionem premissis non cause que tamen videtur causa sed talis reflexus non potest fieri nisi in syllogismo ad impossibile. et igitur ista fallacia convenienter habet fieri in syllogismo ad impossibile. **Pro** cuius intellectui meliori est notandum quod duplex est syllogismus ut primo priorum dicitur est. Quidam est ostensiuus. et alius ad impossibile. Syllogismus ostensiuus dicitur qui habet unam solam conclusionem ex tribus terminis et duabus propositionibus directo processu syllogistice. ut omnis homo est animal. sortes est homo ergo sortes est animal. Sed syllogismus ad impossibile dicitur quod aliquid conclusum est siue. reducit syllogistice ad aliquid manifestum impossibile et propter hoc interuenit aliqua premissa que est causa illius impossibilis. Et ergo oportet

Reparationes

